

H^a

País	Granada
Provincia	Derecho
Municipio	Derecho
Tabla	433
Número	

BIBLIOTECA HOSPITAL DEL	
GRANADA	
Sala:	B
Estante:	049
Número:	290

12406303412

V. 3. 2

53

R. 40. 283

PROSODIA BONONIENSIS

REFORMATA,

*Et ex duobus Tomis in unum ab ipso
Auctore redacta.*

Nec sola Rudimenta Prosodiæ pro Tyronibus,
sed Prosodiam Majorem, absolute tamen
profectis necessariam, continens;

*Una cum selectis Poetarum Versibus, ad confir-
mandam Syllabarum quantitatem; & Tri-
plici, ut antea, Indice Vocabulorum.*

AUCTORE

P. JO. BAPTISTA RICCIOLIO

Societatis JESU, Ferrariensi.



PATAVII. Typis Seminarii. MDCCXLVI
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU.

ST. GEORGE'S

BOULEVARD

THE FORNICATION

ET AL. (MIRIAM)

1890

NOTICE TO THE PUBLIC

THE COURT OF COMMONS

IN PARLIAMENT ASSEMBLED

DOETH HEREBY CERTIFY

THAT THE FOLLOWING

AUCTOR

PROBATIONER

AND HIS CLERKS



IN WITNESS WHEREOF

THEY HAVE SET THEIR HANDS

A
B
C
D
D
E
E
E
E
E
F
F
F
F
F
J
J
J

CATALOGUS AUCTORUM,

QUI DE PROSODIA, METRISVE

Scripterunt.

- A**lius Antonius Nebriffensis. *Profod.*
Bartholomæus Brau Soc. Jesu *Profod.*
Benedictus Pererius *de primis, ac mediis syllabis.*
Cornelii Valerii *Profodia.*
Demetrius Tridinius *de Metris Sophoclis.*
Diomedes *de Arte Metrica, & de Metris, præsertim Horatianis.*
Emmanuel Alvarus Societ. Jesu *lib. 3. de Institutione Grammatica.*
Emmanuel Moschopulus *de Profodia Græcorum.*
Eobani Hefsi *Elementa Profodie.*
Erasmus Sidelmannus *in Eptitome de Poesi, & Profodia Græcorum.*
Franciscus Junius *l. 4. Grammaticæ Hebrææ, ubi de Profodia Hebræorum.*
Franciscus Vergara *lib. 4. Grammaticæ Græcæ.*
Hannardi Ganerii *Via Regi ad Musas.*
Henrici Glareani *Isagoge de Ratione Syllabarum, & Figuris Poeticis.*
Henrici Smetii *Profodia.*
Hephæstion Alexandrinus *de Metris Poematum cum Scholiis.*
Huberti Sufannei *Collectanea in Despauterium.*
Jacobi Micylli *Elementa Profodie.*
Jacobus Gretferus Societ. Jesu. *Lib. 3. Institutionum Linguae Græcæ.*
Jo: Despauterii *Versificatorie Artis lib. 5.*
Jo: Claji *Profodia Latina, & de Metris Græcolatinis, & Hebraicis.*
Jo: Francisci Quintiani Stoæ *de Syllabarum quantitate Epographie sex.*

- Jo: Caffarus de *Poesi Græcolatina*.
 Jo: Maturantii *Profodia*.
 Jo: Murmelii *Elementa Profodiae*.
 Jo: Peliffonii *Profodia*.
 Jo: Varennius de *Profodia Græcorum*.
 Jo: Pelliffon de *Accentibus*.
 Jo: a Planis Siculi *Lima, seu Dictionarium Poeticum*.
 Kirchneri *Profodia*.
 Ludovici Cavalli Minoritæ *Scala Parnassi, & deinde Janua Musarum*.
 Nicolai Cauffini Societatis Jesu *Thesaurus Græcæ Poeseos*.
 Nicolai Ferretti *Profodia*.
 Nicolai Lancerii *astrodidia in Despauterii Versificatoriam*.
 Nicolai Selnecceri *Profodia Græcolatina*.
 Pantaleonis Bartholonæi *Profodiae Epitome*.
 Petri Colmini *Profodia Græca*.
 Philippus Labbe Societ. Jesu in *Elencho Profodico, & Appendice ad Indices Catholicos*.
 Richardi Esii Soc. Jesu *Rudimenta Profodiae*.
 Rodericus Gunlalerus de *Syllabarum, & Carminum ratione*.
 Simon Verrepæus *lib. 4. Grammaticæ Despauteriane*.
 Thomæ Chorrea *Profodia*.

ARGUMENTUM
PARTIUM X.
PROSODIÆ REFORMATÆ,
CUM
INDICE REGULARUM.

EPIGRAMMA

Continens Generaliores Regulas quantitatis
Syllabarum.

PARS I.

Rudimenta Prosodiæ pro Inferioris Classis Tyroni-
bus seorsim excudenda, aut explicanda. pag. 7

PARS II.

Regulæ Generales Prosodiæ.

Proœmium de Prosodiæ facultate, partibus, & ordine.	27
Regula 1 De Exemplo.	28
2 De Positione.	29
3 De Vocali ante Vocalem in Latinis di- ctionibus.	36
4 De Diphthongo.	39
5 De Vocalium Græcarum, & Hebraica- rum quantitate, ubi selecta de Dialectis Græcis.	45
6 De Vocali ante Vocalem in Dictionibus Græcolatinis, & Hebraicolatinis.	56
7 De Derivatis.	58
8 De Analogia, seu Similitudine.	60
9 De Necessitate Metrica.	ibid.
10 De Licentia Poetica.	62
11 De Syllaba Communi.	63

P A R S III.

Regulæ Speciales Primæ Syllabæ.

Regula 1	De Præteritis Geminantibus.	68
2	De Præteritis Diffyllabis.	ibid.
3	De Supinis Diffyllabis.	70
4	De Præpositionibus Monofyllabis.	71
5	De reliquis Monofyllabis ineuntibus compositum.	72
6	De Primæ Syllabæ reliquis Regulis generatim.	73

P A R S IV.

Regulæ Speciales ultimæ.

Regula 1	De finitis in A.	74
2	De finitis in E.	76
3	De finitis in I, & Y.	80
4	De finitis in O.	82
5	De finitis in U.	84
6	De finitis in B, D, T.	86
7	De finitis in C.	87
8	De finitis in F, & G.	90
9	De finitis in L.	ibid.
10	De finitis in M.	91
11	De finitis in N.	93
12	De finitis in P, & PH.	95
13	De finitis in R.	96
14	De finitis in AS.	97
15	De finitis in ES.	98
16	De finitis in IS, & YS.	100
17	De finitis in OS.	102
18	De finitis in US.	103

P A R S V.

Regulæ Speciales Mediæ Syllabæ.

Regula 1	De Compositi Parte Posteriori.	107
2	De Compositi Parte Priori.	109
3	De	

3	De Accentu, quatenus indice quantita-		112
	tis.		
4	De Incremento Nominum.		113
5	De Incremento, aut Conjugatione Ver-		122
	borum.		
6	De Patronymicis.)	126
7	De A ante conson.)	132
8	De E ante conson.)	134
9	De I ante conson.)	136
		In mediis	
10	De O ante conson.)	140
		syllabis.	
11	De U ante conson.)	142
12	De Y ante conson.)	143

P A R S VI.

De Figuris Poeticis ad quantitatem Syllabarum,
aut structuram Pedum spectantibus.

Figura	1	Prothesis.	146
	2	Epenthesis.	ibid.
	3	Paragoge.	147
	4	Aphæresis.	ibid.
	5	Syncope.	ibid.
	6	Apocope.	151
	7	Synæresis.	ibid.
	8	Craſis.	152
	9	Diæresis.	154
	10	Metathesis.	ibid.
	11	Tmesis.	ibid.
	12	Systole.	156
	13	Diastole.	ibid.
	14	Ecthlipsis.	ibid.
	15	Synalœphe.	157
	16	Dialœphe.	ibid.
	17	De Cæsura.	158
		Appendix de vi Cæsurae pro-	
		ducendi syllabas.	160
	18	De Hellenismo.	161

P A R S VII.

De Pedibus, & Versibus.

Cap. I. De Pedum speciebus.

162
Cap.

Cap. II. De Nominibus, ac Speciebus Versuum in communi.	164
Cap. 3 De Dactylicis Versibus.	166
Regula 1 De Hexametro, seu Heroico Carmine. ibid.	
2 De Pentametro, seu Elegiaco.	169
3 De Adonio Carmine.	171
4 De Dactylicis Hymeniaco, Archilochio, Glyconio, & Pherecratio.	ibid.
5 De Dactylicis Alcmanicis, & Phaliscis.	173
6 De Dactylicis Alcaicis.	ibid.
7 De Dactylicis Asclepiadeis.	174
Cap. IV. De Hendecasyllabis Versibus.	175
Regula 1 De Sapphico Carmine.	ibid.
2 De Phaleucio, seu Phalæcio.	176
3 De Hipponacteo Carmine.	177
Cap. V. De Anapæsticis.	ibid.
Cap. VI. De Jambicis Versibus.	178
Regula 1 De Jambicis Dimetro perfecto minoribus. ibid.	
2 De Jambicis Dimetris.	179
3 De Jambicis Trimetris.	181
Appendix de Jambicis Comicis.	182
4 De Jambicis Tetrametris.	185
5 De Choliambo, seu Scazonte.	ibid.
6 De Galliambo.	186
Cap. VII. De Trochaicis Versibus.	ibid.
Regula 1 De Trochaicis Monometris, ac Dimetris. 187	
2 De Trochaicis Trimetris.	ibid.
3 De Trochaicis Tetrametris.	188
Appendix, ubi de Comicis.	189
Cap. VIII. De reliquis Carminum speciebus sele- ctioribus.	190

P A R S VIII.

De Accentu in pronuntiando, & in scribendo

Cap. I. De Accentu in communi, ejusque specie- bus.	192
2 De Accentuum sede in Vocabulis mere Latinis pronuntiandis.	195
3 De	

- 3 De Accentu in Dictionibus mere Latinis
scribendis. 205
- 4 De Accentuum sede in Dictionibus Græ-
colatinis pronuntiandis. 209
- 5 De Vocabulis Græcolatinis Accentu dis-
cordantibus a quantitate syllabica. 210
- 6 De Accentu in Vocabulis Græcolatinis
scribendis. 217
- 7 De Accentu in Vocabulis Hebraicolati-
nis pronuntiandis. 219
- 8 De Accentu in Vocabulis Hebraicolati-
nis scribendis. 221
- 9 De differentia inter Accentum, & quan-
titem Syllabæ, & de comparatione
Profodiæ Græcæ, Latinæque cum Itali-
cæ. 221

P A R S IX.

Versus Poetarum circiter ter mille per Decadas
distributi, quibus Profodiæ Regulæ, & quan-
titem Syllabarum in Indice secuturo exprimen-
da confirmatur. 226

P A R S X.

- Index Primus Vocabulorum Latinorum, Græcola-
tinorum, & Hebraicolatinorum, plurium quam
quadraginta mille, præmissis monitis pro usu
Indicis. 286
- Index Secundus Vocabulorum controversæ quanti-
tatis. 610
- Index Tertius Vocabulorum Æquivocorum, quan-
titem diversam habentium, pro diversa signi-
ficatione, adjectis Versibus, quibus eadem di-
versitas indicatur. 671

EPIGRAMMA,

Quo, ad subsidium memoriæ, indicantur
generaliores Regulæ quantitatis
Syllabarum.

- U**Timur *Exemplo*, cum Regula deficit omnis;
Est tamen electi carmine vatis opus.
Si exemplo careas, exempla simillima quære,
Sed caute *Analogi* sit tibi norma soni.
Vocalis brevis est, *Vocali* pone sequente,
Diphthongus longa est; longaue *Crasis* erit.
Consona si duplex *Posita* est, sit syllaba longa,
Sed *Mute*, ac *Liquida* vi brevis esse potest.
Epsilon, atque *Omicron* breve sit; longum *Omega*, & *Ita*.
Servat & hanc legem Græcolatina fides.
Derivata Etymon plerumque oriundo sequuntur.
Quæ fonti, hæc rivis vena saporis inest.
Prima in *Præteritis*, si sint dissyllaba, longa est.
Si *Geminent* primam, mox erit illa brevis.
Prima *Supinorum*, quæ sunt dissyllaba, longa est,
Congruus *Accentus*. Metrica sæpe nota est.
A, produc, E, De, Di, Se, Pro, præpositiones;
Pro tamen in multis corripit ante gradum.
Simplicium mores imitari syllaba prima
Parte in *Compositi* posteriore solet.
Ultima, *Compositi* residens in parte priori,
Ferre semper erit corripienda tibi.
Ultima in AS, ES, OS, si desinat, aut in A, C, I, N, U,
Longa sit, at si aliter desinat, esto brevis.
O tamen in fine est commune, & ultima versus,
Aut ope *Cesuræ*, sit licet ante brevis.
Concurfus brevium quosdam producere cogit,
Aut si inter longas syllaba clausa brevis.
Hæ tibi sint cordi (ni est certa exceptio) leges.
Nanque Profodiaci juris Apollo tenax.
Rara quoque, & raro est audenda Licentia vati,
Nemine, Tyroni vix, præeunte licet.
Nam neque fidereum nigra pluma, etsi unica, olorem,
Æthereamve Lyram dissona chorda decet.

I

P A R S P R I M A .
R U D I M E N T A
P R O S O D I Æ

Pro Inferioris Classis Tironibus.

PROSODIA est Ratio dimetiendi Syllabarum quantitatem. Syllabarum enim alia brevis est, seu unius temporis, quæ propterea *corripitur*; alia longa, seu duorum temporum, quæ *produci* dicitur; alia anceps, seu communis.

Quantitas syllabarum discernitur, primum per Regulas Generales cujusvis syllabæ; deinde per speciales, ac proprias primæ, ultimæ, & mediæ syllabæ. Quem ordinem infra servabimus.

C A P . I .

Regulæ Generales.

Regula I. de Exemplo.

EXemplum est probati Poetæ autoritas, qua syllabæ quantitas, aliunde ignota, cognoscitur.

Sic primam brevem in *Pater*, longam in *Frater* esse didicimus, quia Virgilius, Ovidius, cæterique classici Poetæ illam quidem corripuerunt, hanc vero produxerunt.

Reg. II. de Positione.

Positio syllabam præcedentem, aliunde non longam, longam reddit.

Est autem Positio plurium consonantium, vel

A

unius

unius duarum vim habentis collocatio in eadem dictione, vel si una consonans sit in fine præcedentis dictionis, altera in principio sequentis. In eadem, ut est prima syllaba in *Pastor*, *terra*, *somnus*; in diversa, ut est ultima syllaba in *pastor*, si sequatur *terra*.

Duplicis consonantis vim habent X, Z, & I consonans inter duas simplicis dictionis vocales, ut in *Araxes*, *Gaza*, *Major*.

Positionem quoque faciunt post consonantem præcedentem I, & V prolatae per modum consonantis; tum in eadem dictione, ut in *adjacet arva*; in quibus prima positione longa est; tum in diversa, ut si dicas; *ab Jove flat ventus*; syllabæ enim *Ab*, & *flat*, longæ sunt positione.

Exceptio.

Muta præcedens liquidam ad subsequenter syllabam pertinens, præcedentem syllabam communem in versu, brevem in prosa reddit, si aliunde non sit longa. Liquidæ autem sunt apud Latinos L, & R, & rarissime M, & N. Sic communis est prima in *Atlas*, *Patris*, *Tecmessa*, *Progne*, & penultima in *centuplum*, *exprobrat*, *Therapnæ*, quamvis in prosa pronuntianda sit ut brevis.

Non valet hæc Exceptio in *abluo*, *obruo*, & similibus, quia B, spectat ad præcedentem syllabam *ab*, *ob*; liquida vero L, & R ad sequentem; nec in *arte*, *altus*, quia liquidæ præcedunt mutas; nec in *matre*, *periculum*; quia syllaba præcedens natura sua longa est, nempe prima in *mater*, secunda in *periculum*.

Reg. III. De Vocali ante Vocale in Latinis Dictionibus.

Vocalis ante Vocale in dictionibus mere Latinis brevis est, ut in *Deus*, *puer*, *fuit*.
Dum-

Dummodo utraque sit in eadem dictione, & non coeant in unam syllabam. Alioquin si una sit in fine præcedentis, altera in principio sequentis dictionis, fit synalæphe; idest prior vocalis absorbetur, seu transit in sonum, & quantitatem sequentis: ut in sequenti versu.

Vidi ego, quæ fuerat quondam fortissima quercus.

Ita scansione dimetiendus est versus, ut ex *Vidi ego* fiat dactylus, pes trium syllabarum, perinde ac si scriptum esset *Vid-ego*. Quod si duæ ejusdem dictionis vocales in unam syllabam conflentur, fit aut Diphthongus, ut in *cælum*; aut Crasis, ut in *clusus* pro *clausus*: aut Synæresis, ut in *deinde*, *tenuis*, si usurpentur ut dissyllaba.

Exceptiones Quatuor.

1. Producitur A, in *aer*, & trissyllabo *Cajus*, *Majus*, aut dissyllabo *Cai*, & in genitivis priscais, *aquai*, *Lunai*, pro *aquæ*, *Lunæ*.

2. Producitur E, tum in genitivis, ac dativis quintæ declinationis in *El*, ut in *diei*, *speciei*, demptis *fidei*, *rei*, *spei*, (quæ sic variantur, ut in *fidei* plerumque corripitur:) tum in vocativis *Pompei*, *Proculei*, *Vulstei*; tum in possessivis: ut *Priameius*, *Semeleius*, *a*, *um*: tum in *eheu*.

3. Producitur I, in *Dius*, *dia*, *dium*, & in *fio*, reliquisque ab eo derivatis: ut in *fiebat*, *destitutus*, nisi sequatur R: ut in *fieri*. Variatur autem I, tum in *Diana*, tum in genitivis *illius*, *ipsum*, *istius*, *nullius*, *solius*, *totius*, *ullius*, *unius*, *utrius*, *neutrius*. Quorum tamen penultima in prosa acuitur; sed in *aliis* utrobique producitur ad differentiam recti casus; & in *alterius* variatur in versu, corripitur in prosa.

4. Variatur O in *obe*, & in O, si sequatur dictionis a vocali inita, ut *O Alexi*, *O ego*, non so-

let enim per synalœphem absorberi, sed per dialœphem disjungi, quod fit etiam, sed raro, in aliis vocabulis vocali quacunque terminatis, sequente dictione a vocali inita, & retenta nativa quantitate, ut in 2. & 3. Ecl. Virg.

*Amphion Dirceus in Actœo Aracinto.
Munera sunt lauri, & suave rubens
hyacinthus.*

Ubi, O Ara est dactylus; & ri et spondeus; aliquando autem facta dialœphe, syllaba de se longa, vi vocalis ante vocalem evadit brevis: ut in *Qui*, Ecl. 8. & in *te* 6. Æn.

*Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia
fingunt?*

*Nomen, & arma locum servant, te amici
nequivi.*

Reg. IV. De Diphthongo.

Diphthongus longa est tam in Græcis, quam in Latinis vocabulis.

Est autem Diphthongus duarum diversæ speciei vocalium in unicam misti soni syllabam conspiratio. Latinorum Diphthongi ordinariæ sunt quatuor; videlicet AE, OE, AU, EU: ut in *Æneas*, *cœna*, *aut*, *beus*; extraordinariæ sunt aliæ quinque, nempe EI, OI, UI, OU, & YI: ut in *hei*, & *hoi* interjectionibus, & in *hui*, *huic*, *prout*, *Harpyia*.

Græcorum diphthongi propriæ sunt sex, scilicet *αι*, *ει*, *οι*, *ωι*, *αι*, *ου*, ut in his nominibus *σφαῖρα*, sphaera; *σείρω*, siren; *κοινοτάφιον*, cœnotaphium; *ἀγαθή*, Agave; *παράσκειν*, Parasceve; *μοῦσα*, Musa. De sex impropriis dicetur in Prosodia Majore.

Exceptiones Due.

1. Communis est prima in *Mœotis*, & in *præacutus*, *præire*, *præustus*, *præordino*, &c.

2. Va-

Rudimenta Profodiæ. 5

2. Variatur tum prima in *Cberurgus*, *Chiragra*, *Leandrus*, tum penultima in hujusmodi adjectivis, *Cyclopeus*, *Dadaleus*, *Hectoreus*. Quamvis enim communi dialecto scribantur per *ei*, ut in *χείρουργε*, *λείωνδε*, *κυκλάπε*: Ionica tamen dialecto sine diphthongo usurpari possunt, scribique per simplex *ε*, ut *χέρουργε*, *κυκλάπε*, idemque fieri potest in penultima horum *Chorea*, *Malea*, *Platea*. Ideoque in his penultima variatur.

Admonitio.

Memento, nomina hæc *Orpheus*, *Perseus*, *Theseus*, quæ in fine habent diphthongum *æ*, nempe *ὄρφεως*, *περσεύς*, *θησεύς*, &c. pronuntianda esse ut dissyllaba, & ultima in sede producenda, & sic de similibus.

Reg. V. De Vocalibus Græcis.

In Græcolatinis dictionibus vocales substitutæ pro vocalibus apud Græcos brevibus breves, pro longis longæ, pro ancipitibus ancipites sunt.

Breves autem sunt semper, *ε*, & *ο*. Longæ semper *η*, & *ω*, ancipites *α*, *ι*, *υ*. Brevis itaque est prima in *Helena*, *Chorea*, & penultima in *Helena*, & in *Synodus*, quia Græce scribitur *ἑλένη*, *χορεία*, *σύνοδος*. Longa vero prima in *Pegasus*, *Zona*; & penultima in *axioma*, *problema*, quia Græce est *πήγμα*, *ζώνη*, *ἀξίωμα*, *πρόβλημα*.

Reg. VI. De Vocali ante Vocalem in Græcolatinis Dictionibus.

Vocalis ante vocalem in dictionibus Græcolatinis posita loco brevium *ε*, & *ο*, aut ancipitum *α*, *ι*, *υ*, solet esse brevis; loco autem longarum *η*, & *ω*, vel diphthongorum *ει*, *ου*, longa est.

Sic penultima brevis est in *Timotheus*, *Pirithous*, *Thebais*, *Lysias*, *Eubyas*. Græce enim *τιμόθεος*, *πειρίθοος*. Longa vero est penultima in *Briseis*, *Achelous*, *Alexandria*, *Harpurja*; Græce enim *βρισηίς*, *Ἀχελῷος*, *Ἀλεξάνδρεια*, *ἁρπυρία*, vel *ἁρπυρία*.

Exceptiones Tres.

1. Producitur A in *Achaicus*, *Achaja*, *Amphiraus*, *Aonius*, *Aerope*, *Lais*, *Nais*, *Panohaja*, *Tbais*, *Taygeta*, & *Taygetus*; item in *Athenais*, *Homolais*, *Lais*, *Ptolemais*: denique in nominibus a *αἰός* deductis, vel in *Aon*, genitivo *aonis* declinatis, ut in *Laomedon*, *Laertes*, *Menelaus*, *Charilaus*, *Machaon*, *Lysaon*, dempto tamen *Phaon*, adjectiva autem in *aicus* variant.

2. Producitur I in masculinis in *Ion*, quorum incrementum in *onis* breve est: ut *Amphion*, *Arion*, *Pandion*, *Ixion*, & in *Chius*, *a*, *um*, *Oedipodionius*: variat in *Academia*.

3. Producitur Y, in *Cyane*, *Cyaneus*, *Thyas*, *Enyo*.

Admonitio duplex.

1. Adjectiva a masculinis nominibus formata in *Eus*, *ea*, *eum*, licet Latine scribenda sint sine diphthongo, produci tamen possunt, quia Græce communiter scribuntur per *αι*, & corripri, quia Jonice per *ε*, ut *Daedaleus*. Hinc etiam communis est E in *Chorea*, *Malea*, *Platea*. 2. Nomina in *Eja*, vel *Ejus*, sive adjectiva, sive substantiva, quando resolvitur diphthongus *αι*, habent e longum, *Elegeia*, *Eleleius*, *Pleias*.

Reg. VII. de Derivatis.

Derivata sequuntur plerumque quantitatem suorum Primitivorum. Sic longa est prima in *maternus*, *nativus*, quia longa est in *mater*,
na-

Rudimenta Profodiæ. 7

natus: & brevis est prima in *amicus*, *avicus*, quia brevis in *amo*, *avus*.

Exceptiones due.

1. Quædam longa sunt, licet a primitivis brevibus, ut prima in *dolium* a *dolando*, *humanus* ab *homine*, *laterna* a *latendo*, *regula* a *rego*, *tegula* a *tego*, & alia, de quibus in Profodia majore, vel in nostro Indice.

2. Quædam item brevia sunt, licet a primitivis longis; cujusmodi est prima in *arena*, & *arista* ab *areo*, *dicax* a *dicendo*, *disertus* a *dissero*, *lucerna* a *luceo*, *mamilla* a *mamma*, *sagax* a *sagio*, & reliqua, de quibus in majori Profodia, vel in Indice nostro.

Reg. VIII. de Analogia.

Analogia est similitudo in inflexione vocabulorum, quæ indicium est quantitatis ignotæ ex cognita in simili vocabulo quantitate; quomodo longa est penultima in *Stanislaus*, & *Goanus*, quia longa est in *Nicolaus*, & *Romanus*. Sed cavendum a fallaciis.

Reg. IX. & X. de Necessitate, ac Licentia Poetica.

Has Regulas non cenſeo Tironibus explicandas, cum vix proſectoribus permittatur illis uti, juxta dicenda in Profodia majore.

CAP. II.

Regulæ ſpeciales Primæ Syllabæ.

Reg. I. de Præteritis Geminantibus.

Præterita Geminantia primam ſyllabam brevem habent: ut *cecini*, *oucurri*, *cecidi*, *momordi*, *peperci*, *ſponpon ti*, *retigi*, &c.

Secundam quoque brevem habent, nisi obstat positio, ut in *spondi*, aut diphthongi vis, ut in *cecidi* a *cædo*.

Reg. II. de Præteritis Dissyllabis.

Præterita dissyllaba habent priorem longam: ut *favi*, *lavi*, *movi*, *rifi*, *sedi*, *vidi*.

Exceptio.

Corripitur tamen prima in his sex: *bibi*, *dedi*, *fidi* a *finde*, *scidi* a *scindo*, *steti*, *vuli*; præter ea, quæ habent vocalem ante vocalem: ut *fuit*, *ruit*, *vit*.

Reg. III. de Supinis Dissyllabis.

Supina Dissyllaba habent priorem longam: ut *latum*, *natum*, *rasum*, *sutum*, *visum* a verbis *fero*, *nascor*, *rado*, *suo*, *video*.

Exceptio.

Corripitur tamen prima in his novem, *citum* a *cileo*, *datum*, *itum*, *litum*, *quitum*, *ratum*, *rutum*, *satum*, *situm*, a *do*, *eo*, *lino*, *queo*, *reor*, *ruo*, *sero*, *sino*: variat in *statum*, a *sto*.

Reg. IV. de Præpositionibus Monosyllabis.

A, *E*, *De*, *Di*, *Se*, *Tra*, Præpositiones longæ sunt tam in compositione, quam extra: ut in *amover*, *educat*, *deducit*, *diluit*, *separat*, *traducit*.

Exceptiones due.

1. Corripitur *Di* in *dirimit*, & in *disertus*, & *a* in *aperi*, & in Græcolatinis compositis, ut in *apathos*, *atheus*: & *co* pro *con* sequente vocali: ut in *coortus*, *cooptat*: at *De*, & *Præ* sequente vocali variantur, ut in *dehortor*, *deosculor*, *præacutus*, *præire*.

2. Pro

2. Pro in Latinis dictionibus variatur; in Græcolatinis, aut si sequatur vocalis, corripitur: ut in *propontis*, *prohibeo*.

Reg. V. de Reliquis Monosyllabis ineuntibus compositum.

1. Monosyllaba terminata consonante brevis brevia sunt, ut *ab*, *ad*, *in*, *per*, *sed*, *sub*, *at*, *et*: sic prima brevis in *abigit*, *adheret*, *ineunt*, *perimit*, *sedenim*, *atenim*, *etenim*.

2. Monosyllaba terminata vocali, quæ non sunt præpositiones, in principio Compositi longa sunt; ut in *ilicet*, *scilicet*, *vegrandis*.

Excipe disjunctivam *ne*, ut in *neque*, *nefastus*. Excipe & *bi*, & *tri*: ut in *bifidus*, *tridens*, quamvis producat in *biga*, *triga*, *bimus*, *trimus*.

CAP. III.

Regulæ speciales ultimæ Syllabæ.

Reg. I. de A.

A Finita longa sunt; Ut *ama*, *interca*, *antea*, & omnes ablativi; ut *a Musa*, *ab aqua*, & vocativi nominativorum in AS desinentium; ut *o Damæta*, *o Luca*.

Exceptiones Quatuor.

1. Corripiuntur *quia*, *ita*, *puta* adverbium, & plerumque *eja*, & *postea*: variantur autem, licet melius producantur, *contra*, *frustra*, *ultra*, & melius producit *al-leluja*.

2. Adverbialia in A, brevia sunt; ut *acerba*, *apprima*, *transversa*, pro *acerbe*, *apprime*, *transversim*.

3. Numeralia in *ginta* communia sunt; ut *triginta*, *quadraginta*, *octoginta*.

4. Corripiuntur omnes casus plurales in A, & singularium nominativi, immo & horum vocativi; ut *Carmina*, *Catilina*, *Musa*, o *Musa*. (Nisi sint a nominativis secundæ in AS.) Et accusativi singulares Græco more in A declinati; ut *Castora*, *Pallada*, *Arionna*, pro *Castorem*, *Palladem*, *Arionem*.

Reg. II. De E.

E Finita brevia sunt, ut *carmine*, *dicite*, *hisce*, *nobile*, *rite*, *sive*, *suapte*.

Exceptiones sex.

1. Producentur præpositiones *e*, *de*, *se*, & pronomina *me*, *te*, *se*, & *ne* prohibitivum, & interjectiones *obe*, & *pape*.

2. Producentur adverbia *apprime*, *ferme*, *remere*, & omnia formata a nominibus secundæ declinationis: ut *egregie*, *recte*, *optime*, *sane*, *valde* pro *valide*, *demptis bene*, & *male*, quæ corripiuntur, & *inferne*, ac *superne*, quæ sic variantur, ut tutius producantur. Variatur etiam *ferè*.

3. Producentur ablativi quintæ declinationis; ut *die*, *specie*, *re*, cum derivatis, *hodie*, *pridie*, *quare*, &c. adde his *fame* olim quintæ declinationis.

4. Producentur Imperativi singulares secundæ conjugationis; ut *ave*, *jube*, *gaude*, *prohibe*. Variant autem *save*, *vale*, *vide*; & raro *responde*, *salve*.

5. Producentur nomina, quæ Græce terminantur per *n*; ut *Calliope*, *Cybele*, *Grammaticæ ars*, & neutra illa *Cete*, *Mele*, *Tempe*.

6. Producentur vocativi a nominativis in ES, ut o *Alcide*, o *Drance*.

Reg. III. De I, & Y.

I Finita longa sunt: ut *classi*, *fieri*, *Romani*, *veni*.

Ex.

Exceptiones tres.

1. Variantur *mibi, tibi, sibi, & cui* dissyllabum, & *ibi, nisi, quasi, sicuti, uti*, adverbium; quamvis frequentius corripiantur *nisi, & quasi*.

2. Variantur dativi Græcolatinorum nominum tertiæ declinationis, ut *Palladi, Tethidi*.

3. Corripiuntur finita in Y, ut *Epy, Moly, Chely, Tiphy*, immo omnes vocativi Græcolatinorum nominum, sive in Y, sive in I desinentes, si sint tertiæ declinationis, ut o *Alexi, o Daphni, o Pari*.

Reg. IV. de O.

O Finita communia sunt: ut *Cato, sermo, scribo, aliquando, cum gerundiis, ut cantando, vigilando, &c.*

Exceptiones tres.

1. Produc monosyllaba, ut *do, pro, quo, & o*, sequente consonante, (nam sequente vocali variat;) & *adeo, ideo*, meliusque *citro, extemplo, intro, ultro*. Sed corripe *duo, scio, & cedo* pro *da*, vel *dic*.

2. Produc adverbia ab adjectivis secundæ declinationis, ut *crebro, falso, merito*. Sed corripe *modo* cum compositis.

Variantur autem *cito, denno, mutuo, omnino, postremo, profecto, sedulo, serio, sero, vero*. De quibus in Indice Profodiæ Majoris.

3. Produc dativos, & ablativos, ut *domino, templo*; & Græca terminata in *ω*, ut *Alecto, Clio, Clotho, Mantho, Sappho*.

Reg. V. de U.

U Finita longa sunt; ut *cornu, gelu, noctu, diu, tu, senatu, o JESU, o Melampy*.

Reg. VI. de B, D; T.

B, D, T, finita corripuntur; ut *ab, sub,*
ad, sed, caput, incipit.

Exceptio.

Produc *aut,* & *haud,* ob diphthongum,
 & si quæ Græce per *η,* vel per *ω,* vel per
ου scribuntur; ut *Oreb, Obed, Sabaoth,*
Cherub, variatur autem *David.*

Reg. VII. de C.

C Finita producuntur; ut *dic, duc, hoc,*
Henoc.

Exceptio.

Corripuntur *neq, donec,* & quæ Græce
 per *ε;* ut *Lamech, Melchisedech,* variantur
 autem *fac, & hic, & hoc* pronomina, dem-
 pto ablativo, & *sic,* quamvis *sic* plerum-
 que producatur, & tutius.

Reg. VIII. de F, & G.

Peregrina nomina in F, vel potius in Ph,
 aut G definitia, longa sunt; ut *Ja-*
seph, Sarug, Gog, Magog, cum Græce sint
 per *η,* aut *ω,* aut *ου,* si quæ tamen per *ε,*
 aut *ο* scribuntur, brevia sunt.

Reg. IX. de L.

L Finita brevia sunt, ut *Annibal, mel,*
semel, vigil, exul.

Exceptio.

Producitur *sal, Sol, nil,* & quæ Græce
 scribuntur per *η,* ut *Michael, Israel,* aut
 per *ω,* vel per *ου,* ut *Saul, Elul.*

Reg. X. de M.

M Finita brevia sunt.
 Sed jam est consuetudo, ut sequente

voca-

vocali elidatur M, cum præcedente vocali, utraque litera transeat in sonum, & quantitatem sequentis vocalis per quandam Ecthlypsin, etiamsi sint monosyllaba, ut in Virgilio versu 1. Æneid.

*Littora: multum ille & terris jactatus,
& alto.*

Post dactylum *Littora*, sequitur spondeus *mult' ille*, &c. in compositis tamen a *circum*, vel *possum* retinetur, & corripitur, ut in *circumago*, *circumeo*, *possumago*, *possumeo*.

Reg. XI. De N.

N Finita longa sunt; ut *alioquin*, *sin*, *Brachman*, *Titan*, & plurima nomina tertiæ declinationis, quæ Græce desinunt in *ων*, ut *Aëton*, *canon*, *demon*, aut in *ων*, ut *amen*, *lien*, *firen*, cum accusativis item in *ων*, ut *Alciden*, *Calliopen*.

Exceptiones Quatuor.

1. Corripiuntur *an*, *forfan*, *forfitan*, *in*, *tamen*, cum compositis *exin*, *dein*, *proin*, *attamen*, *verumtamen*; variantur autem, quæ *ne* interrogativum per *apocopen*, vel *apostrophen* mutilatam habent: ut *noſtin?* *ne-*
mon? *viden?* *tun?* pro *noſtine?* &c.

2. Corripiuntur neutra mere Latina tertiæ declinationis, quorum incrementum breve est in *inis*; ut *carmen*, *flumen*, *germen*, *legumen*, & quæ a *cano*, ut *tibicen*.

3. Corripiuntur, quæ Græce per *omicron* scribuntur, ut *Ilion*, *Pelion*, *Erotion*, & accusativi plurimi Græcolatinorum nominum, ut *Cerberon*, *Dædalon*, *Delon*, pro *Cerberum*, *Dædalum*, *Delum*.

4. Corripiuntur accusativi Græcolatinorum nominum in *IN*, *YN*, *AN*, sed si An sint
for-

fœminini generis; ut *Daphnin, Ilyn, Majan*; licet beneficio cœsuræ varientur, ut in *Thetyn*.

Reg. XII. de R.

R Finita corripuntur; ut *Cæsar, Hector, nectar, fer, dicitur, femur, semper, puer*.

Exceptiones tres.

1. Producuntur monosylla; ut *cur, far, par, ver*. Sed variatur *cor*: at composita a *par*, ut *compar, dispar*, melius producuntur.

2. Producuntur, quæ Græce desinunt in *sp*; ut *aer, ether, character, Esther*, demptis tamen *Pater, & Mater*.

3. Producuntur, quæ Græce desinunt in *wp*, vel *sp*, ut *Thabor, Assur*, demptis tamen nominibus tertiæ declinationis, quorum incrementum breve est in *oris*, quamvis enim Græce desinant in *wp*, brevia tamen sunt; ut *Alastor, Nestor, &c.*

Reg. XIII. de S.

EX finitis in *S*, producuntur *AS, ES, OS*, corripuntur *IS, US*. Sed expedit de his singillatim præcepta tradere.

A S.

AS, finita longa sunt; ut *Æneas, amas, Musas, sanctitas*.

Exceptiones duæ.

1. Corripitur *anas, atis, & Græcolatina nomina*, quorum breve est incrementum in *adis*; ut *Pallas, adis, Arcas, adis, Iliar, adis, &c.*

2. Corripuntur accusativi plurales nominum Græcolatinorum tertiæ declinationis; ut *Arcadas, Cycladas, Delphinas, Machaonas*.

ES.

E S.

ES, finita longa sunt; ut *aves*, *Chremes*, *centies*, *dices*, *sermones*.

Exceptiones tres.

1. Corripiuntur *penes*, & *es* a verbo *sunt*, cum derivatis; ut *ades*, *interes*, *potes*.

2. Corripiuntur singulares casus nominum tertiæ declinationis, quorum breve est incrementum in *etis*, *itis*, aut in *idis*; ut *comes*, *dives*, *præpes*, *præses*, *obses*, demptis tamen *abies*, *artes*, *paries*, *pes*, cum compositis, *compes*, *tripēs*, &c. variatur autem *Ceres*.

3. Corripiuntur, quæ Græce desinunt in *es*, ut *Cacoethes*, *Nephentes*, *Phinees*: sic & omnes casus plurales nominum tertiæ declinationis, sed Græcolatinorum; ut *Arcales*, *Pleiades*, *Troes*, *Lampades*.

IS, & YS.

IS, & YS finita brevia sunt; ut *amnis*, *carminis*, *dicitis*, *quisquis*, *Chelys*.

Exceptiones tres.

1. Producentur adverbia hæc, *gratis*, *foris*, & composita, *imprimis*, *cumprimis*, *omnimodis*, variatur autem *bis*.

2. Producentur tum casus plurales, ut *nabis*, *Mustis*, tum singulares, quorum incrementum longum est in *inis*, *iris*, *itis*, *entis*; ut *dis*, *lis*, *glis*, *Sannis*, *Simois*.

3. Producentur secunda persona singularis verborum quartæ conjugationis indicativi modi; ut *audis*, *dormis*, *abis*, *sensis*, item *sis*, & *vis* verbum: variantur autem *possis*, & *velis*.

OS.

OS.

OS, finita longa sunt; ut *arbor*, *Athos*, *nepos*, *Romanos*, *ros*.

Exceptio.

Corripiuntur cum *os*, *offis*, *compos*, & *impos*, tum quæ Græce per omicron designant in *os*; ut *Argos*, *Chaos*, *Delos*, *Pallados*, *Theseos*.

US.

US, finita brevia sunt; ut *amicus*, *omnibus*, *scripsimus*, *secus*, *radicitus*, *profsus*.

Exceptiones tres.

1. Producentur tum monosyllaba omnia, ut *rus*, *jus*, *mus*, *plus*, &c. tum quæ habent incrementum longum in *udis*, *untis*, *uris*, *utis*; ut *incus*, *udis*, *Amathus*, *untis*, *tellus*, *uris*, *salus*, *utis*; variant tamen *palus*, *udis*, & *senectus* melius producitur.

2. Producentur genitivi singulares, & omnes casus plurales nominum Latinorum quartæ declinationis; ut *domus*, *fructus*, *senatus*.

3. Producentur, quæ Græce desinunt in *us*, aut in *eus*, sive nominativi sint, ut *JESUS*, *Panthus*, *Orpheus*, *Proteus*, sive genitivi, ut *Clius*, *Sapphus*, variant autem derivata a *ωῆς*, *ποδός*, ut *Oedipus*, *Polypus*.

Admonitio.

Nomina Græcolatina in *us* Latine sic usurpanda sunt; ut *eus* fiat una syllaba, & longa; sic dissyllaba sunt *Orpheus*, *Proteus*, *Theseus*, & trisyllaba *Caphareus*, *Promeheus*, *Salmoneus*, & habent ultimam longam.

CAP. IV.

Regulæ speciales Mediæ Syllabæ.

Reg. I. De Compositi parte posteriori.

Prima syllaba posterioris partis in Composito tanta est, quanta extra compositionem. Sic brevis est penultima in *etenim*, *centimanus*, *circumdare*, *semideus*, quia brevis prima in *enim*, *manus*, *dare*, *Deus*. Et longa penultima in *insanus*, *iniquus*, *concludo*, quia longa prima in *sanus*, *æquus*, *cludo*, seu *claudo*.

Exceptiones duæ.

1. Corripitur penultima in *agnitus*, *cognitus*, *causidicus*, *veridicus*, *fatidicus*, &c. *confragus*, *undifragus*, &c. *dejero*, *pejero*, *innubus*, *pronubus*, *nihilum*; licet longa sit prima in *notus*, *dico*, *dicis*, *frango*, *juro*, *nubo*, *hilum*; sed in *connubio* variatur.

2. Producitur penultima in *impegi*, *compegi*, licet a *pepi*, & in participio *ambitus*, *ta*, *tum*, licet ab *itum*, at corripitur tertia in *semisopitus*, quamvis prima in *sopire*, & *sopitus* sit longa.

Reg. II. De Compositi parte priorè Polysyllaba; nam de Monosyllaba satis dictum cap. 2. Reg. 4. & 5.

Ultima syllaba prioris partis polysyllabæ in composito, si sequatur Enclitica, aut monosyllabica particula, tanta est, quanta extra compositionem. Sic sunt *Musane*, *terrave*, *utraque*, *eadem*; longa sunt, si sint abla-

ablativi, brevia, si alii casus. Et communis est in *ibidem, tantidem, ubinam, ubivis*.

2. Ultima syllaba prioris partis polysyllabæ in composito ex verbis, aut nominibus, brevis est.

Sive prior pars desinat in A, ut in *anapestus, decachordum, hexameter, paranymphus*: sive in E, ut in *archetypus, benefacta, undecunque, videsis, valedico*: sive in I, aut Y; ut in *armipotens, causidicus, centimeter, fidicen, Eurymedon, frugifer, luctificus, omnipotens, sonipes, polysyllabum, versicolor, &c.* sive in O, ut *Argonauta, holocaustum, Carpophorus, opobalsamum, controversia, sacrosanctus*; sive in U, ut *carnufex, quadrupes, decumestris, Grajugena*; variat *manduco*.

Exceptiones quatuor.

1. Producitur A, in deductis ab ablativo, ut *eatenus, nullatenus, quaqualibet, quaquaversum*.

2. Producitur E in *assuescio, consuescio, veneficus, videlicet, vacescio, mansuescio*. In reliquis a *facio, vel fio, vel factus* compositis, si præcedunt verba secundæ conjugationis, variatur; ut in *calefacio, liquefacio, patefacio, tepescio*; at si non sint verba secundæ, corripitur; ut in *tremefactus, cinefactus, quatesfactus, labefacio, labefactus*.

3. Producitur I, in *mihique, tibi que, sibi que, ubique, ibique, utrobique, quandoque, cuique* trisyllabo. Esto sit communis extra compositionem. Item *tibicen, meliphyllum, reipublica, meridiæ, meridiari, postridie, quotidie*, esto varietur in *quotidianus*; de *uni* in *unicuique* controversum est. In aliis, ubi necessitas metri postulat, longa invenitur, quæ alioquin brevis est, ut in *parricida, verisimi-*

milis, sacrificium, lucrifecit, ludimagister, nisi hæc duo separatim legantur, nempe lucrifecit, & ludi magister.

4. Producitur O, in *alioquin, introduco, retroversus, quandocumque, quandoque*, aut ubi Græce est ω, ut in *Geometra, Lagopus*; aut si necessitas ad producendum cogat, ut in *Theophila, & Leucopetra.*

De Reliquis Regulis Mediæ Syllabæ.

Admonitio ad Lectorem.

AD Regulas Mediæ Syllabæ revocantur *Accentus, Incrementum Nominum, Paronymicarum leges, Incrementum, seu Conjugatio Verborum, Adjectivorum* variæ formationes, aut etiam *substantivorum*. Sed his propter multipliciter non sunt oneranda *Tironum ingenia*. Quin potius tradenda sunt illis *elementa pedum, & carminum frequentius usitatorum, & mox assuefaciendi sunt constructioni Carminum, & Scansioni*. Ubi vero adulti fuerint, *Profodia Major* ipsis exponi poterit.

C A P. V.

De Pedibus.

PEDES versuum alii dissyllabi, alii trissyllabi, alii tetrasyllabi sunt, hoc est duarum, vel trium, vel quatuor syllabarum; sed tetrasyllaborum species tantummodo usitatioribus enumerabimus hic. De reliquis consulenda est *Profodia major*.

Pedes Dissyllabi habent.

*Spondeus, duas syllabas longas, ut Matres.
Pyr-*

Pyrrhichius, duas breves, ut *Deus*.

Choreus, seu *Throchæus*, primam longam, secundam brevem, ut *Arva*.

Jambus, primam brevem, & secundam longam, ut *potens*.

Pedes Trissyllabi habent

Dactylus, primam longam, reliquas breves, ut *Carmina*.

Anapæstus, tertiam longam, reliquas breves, ut *Pueros*.

Molossus, tres syllabas longas, ut *Indulgens*.

Tribrachys, tres syllabas breves, ut *Calamus*.

Bacchius, primam brevem, reliquas longas, ut *Sorores*.

Rhodium, seu *Antibacchius*, tertiam brevem, reliquas longas, ut *Audite*.

Creticus, seu *Amphimacer*, secundam brevem, reliquas longas, ut *Particeps*.

Lesbius, seu *Amphibrachys*, secundam longam, reliquas breves, ut *Beatus*.

Pedes aliquot Tetrasyllabi.

Choriambus constat ex Choreo, & Jambo, ut *Nobilitas*.

Proceleusmaticus, seu *Dipyrrhichius* ex quatuor brevibus, ut *Abiete*.

Dispondeus constat ex duobus Spondeis, ut *Oratores*.

Dichoreus constat duobus Choreis, ut *Confitemur*.

Dijambus constat ex duobus Jambis, ut *Propinquitas*.

Antipæstus constat ex Jambo, & Choreo, ut *Amavere*.

De Ionicis, Pæonibus, Epitritis, &c. in Profodia majore agemus.

CAP. VI.

De Versibus.

Versus, seu Carmen est Oratio certo numero, specie, & ordine pedum constructa.

Ex plurimis carminum speciebus, infra-scriptæ tantummodo sunt Tironibus inferiorum classium tradendæ, sed præmonendi, ultimam cujuscumque carminis syllabam communem esse, quod olim Grammatici versu illo monuerunt:

Ultima cujusque est communis syllaba versus.

Monendi etiam, Cæsuram dici, cum dictionis polysyllabæ ultima syllaba spectat ad sequentem pedem, aut post præcedentem abundat; & vi cæsuræ syllabam ultimam de se brevem evadere aliquando longam, ut evadit ultima in *Amor*, apud Virg. Ecl. 10.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Reg. I. Hexametrum, seu Heroicum carmen.

Hexametrum carmen constat ex pedibus, quorum primi quatuor sunt vel Spondei, vel Dactyli: quintus Dactylus, & sextus Spondeus est: sive quatuor primi sint omnes Dactyli, ut

Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Sive quatuor primi sint omnes Spondei, ut
Canto quæ solus, si quando armenta vacabant.

Sive primi quatuor sint varie permixti ex Dactylis, ac Spondeis, ut

*Tiçyre tu patula recubans sub tegmine fagi,
Sylvestrem tenui musam meditaris avena.*

Appen-

Appendix duplex.

1. Aliquando, sed raro, quintus pes est Spondeus, sed tunc illum Dactylus antecedere consuevit, ut

Cara Deum soboles, magnum Jovis incrementum.

2. Vitiosum, ac perfrigidum carmen hoc reputatur, si nullas habeat cæsuras, quibus pedes pedibus innectantur, ut

Muse, carmina scribere nostros credite vases.

aut *Nostraque multis magnis membris corpora constant.*

Reg. II. de Pentametro, seu Elegiaco Carmine.

Pentametrum carmen, quia in Elegiis Hexametro subjicitur, dicitur Elegiacum, & constat duabus partibus, quarum prior habet duos vel Spondeos, vel Dactylos cum syllaba una longa; posterior vero duos Dactylos, cum altera insuper syllaba, ut

Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci.

Sic vos non vobis vellera fertis oves.

Appendix duplex.

1. Vitiosum Carmen censetur hoc, si terminetur dictione monosyllaba, ut

O pueri melius carmina scribite sic.

2. Rarissime quoque, & non sine duritie vix toleranda, prior pars Pentametri connectitur in scanfione cum posteriori, ut si diceres:

Sunt pueri impatientes tolerare moras.

Reg. III. de Jambicis Carminibus.

Jambicum carmen est, quod Jambo pede terminatur, & si Comicos versus excipias,

pias, habet in reliquis sedibus paribus Jambos, in reliquis Spondeos, vel Jambos, aut Compares: si autem constet pedibus quatuor, dicitur Jambicum Dimetrum, ut

Beata cœli nuncio.

Si vero sex pedibus, dicitur Jambicum Trimetrum, seu Senarius Jambicus, cujus exemplum ex puris Jambis sit illud Horat.

Beatus ille, qui procul negotiis.

Reg. IV. De Choliambo, seu Scaxonte.

Scazon est versus sex pedum, quorum quintus semper est Jambus, sextus Spondeus: reliquis paribus Jambum, imparibus autem locis aut Jambum, aut Spondeum habet, ut illud Persii:

Nec labra fonte prolui caballino.

Reg. V. de Adonio, & Glyconio, & Pherecratio.

Adonium carmen constat Dactylo, & Spondeo, cui ut omnium facillimo, & Hexametri, ac Pentametri elemento, affluendi sunt primo quoque tempore Tiruculi. Talia sunt hæc:

Mane præaltos

Scandite montes:

Vespere puros

Visite fontes.

Glyconium carmen constat Spondeo, & duobus Dactylis sic:

Romæ principis urbium.

O mutis quoque piscibus.

Romana fidicen lyre.

Pherecratium carmen constat Spondeo, Dactylo, & Spondeo sic:

Grato Pyrrha sub antro.

Sternens impete saxi.



Reg. VI. De Hendecasyllabis Phaleucio, & Sapphico, & Hipponacte.

Phaleucium, seu Phaleucium carmen constat undecim syllabis, unde & antonomastice dictum est Hendecasyllabum: habet autem pedes quinque hoc ordine, Spondeum, Daetylum, & tres Choreos hoc modo:

*Hic est, quem legis, ille, quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis.*

Sapphicum carmen & ipsum undecim habet syllabas, & pedes quinque hoc ordine, Choreum, Spondeum, Daetylum, & duos Choreos. In Odis autem, & Hymnis ter no cuique Sapphico solet subjici Adonium hac forma:

*Pindarum quisquis studet emulari,
Jule, ceratis ope Dedalea
Nititur pennis, vitreo daturus.*

Nemina Ponto.

Hipponactium carmen inter Hendecasyllaba quidem, seu undecim syllabarum carmina recensetur, at est Scazon, sed catalecticus, seu una syllaba mutilatus, servatque leges Scazonis, ut illud vetustum carmen:

*Ternos vetusti congios Falerni
Uno die conviviiis peractis
Hausit potentum Romuli nepotum
Regnator audax, arbiterque regum.*

Reg. VII. De Anapestico, Asclepiadeo, Choriambico, & Alcaico.

Anapesticum Dimetrum constat pedibus quatuor, quorum secundus, & quartus sunt Anapæsti, aut Spondei, reliqui aut Anapæsti, aut Spondei, aut Daetyli: quare potest etiam carere Anapæsto, ut si fiat ex duobus Adoniis. Exempla sint hæc ex Seneca:

Lu.

*Lugeat æther, magnusque parens
 Ætheris alti, tellusque ferax,
 Et vaga ponti mobilis unda.*

Asclepiadeum carmen constat Spondeo, duobus Choriambis, & Pyrrhichio, seu Spondeo, Dactylo, syllaba longa, & duobus dactylis, sic:

*Quod si me Lyricis vatibus inseris,
 Sublimi feriam sidera vertice.*

Alcaicum Dactylicum primo loco habet Spondeum, aut Jambum, deinde Jambum, & syllabam longam, & post illam duos dactylos sic:

*Odi profanum vulgus, & arceo,
 Favete linguis, carmina non prius.*

C A P. VII.

De Figuris ad Carminum structuram spectantibus.

EX Figuris Par. 6. Profodiæ Majoris explicandis, sufficit infrascriptas indicare Tironibus.

Apocope est cum vocabulum ultima syllaba mutilatur, ut si dicas *nemon?* pro *nemone?* & *consili* pro *consilii*.

Syncope est cum media aliqua syllaba dictionis demitur, ut si dicas *compositus* pro *compositus*, & *periculum* pro *periculum*.

Dieresis, seu *Dialysis* est cum una syllaba in duas resolvitur, ut si trissyllaba facias *claudio*, *suetus*, *stylæ*.

Syneresis, seu *Episynalæphe*, seu *Synecphonesis* est, cum duæ syllabæ in unam contrahuntur, ut si dissyllabum facias *alveo*, & trissyllabum *denariis*.

Tmesis est dictionis compositæ sectio cum

B

inter-

interpositione alicujus dictionis, ut si dicas
hac Trojana tenus, pro hactenus Trojana;
& *Argique letum* pro Argiletumque.

Craſis est, cum de duabus, tribusve literis, unica tantum retinetur, includens in se una vim, & quantitatem illarum, ac proinde producit syllabam, ut *biga*, *cogo*, *Glorius*, *fierunt*, *displodo*, *morunt*, *noris*, *Plotius*; pro *bijuga*, *coago*, *Claudius*, *fleuerunt*, *displaudo*, *moverunt*, *noveris*, *Plautius*.

Æthlipsis est cum a fine vocali abjicitur consonans, aut syllaba in consonantem desinens: quare est species *Apocopes*. Ita solet fieri de syllaba desinente in M, si sequatur vocalis, ut dictum est Cap. 1. Reg. 3. dum de Vocali ante Vocalem. Sed & olim Prisci elidebant literam finalem S, retenta quantitate syllabæ pristinæ: ut in illis versibus Ennii, & Lucilii.

Doctus, *fidelis*, *suavis homo*, *facundus* *suaque*.

Tantalus, *qui pœnas ob facta nefantia luit*: pro *doctus*, *fidelis*, *facundus*, *Tantalus*. Quod nunc non est permittendum nisi Archaismum affectanti.

Pavagoge est adjectio litteræ, aut syllabæ in fine, ut in *dicier*, *laudarier*, pro *dici*, *laudari*, juxta illud Persii Sat. 1.

At pulcrum est digito monstrari, & *dicier*, *hic est*.

De *Synalæphe* satis dictum Cap. 1. Reg. 3. in ejus explicatione. *Cæsura* est syllaba post integrum pedem abundans: quæ tunc evadit figura ad Profodiam spectans, quando vi ipsius syllaba de se brevis fit longa: ut in versibus illis Virgilio Ecl. 10. deinde Ovidii:

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
Indi-

Indigus effectus omnibus ipse magis.
 In quibus ultima syllaba in *amor*, & *effectus*,
 producta est privilegio Cæsuræ; Tyronibus
 tamen, immo nec aliis nisi perraro usur-
 panda.

Finis Primæ Partis.

PARS SECUNDA.

Regulæ Generales Profodiæ
 Majoris.

PRO O E M I U M.

Profodia Græce nil aliud est, quam Ac-
 centus, vel Accentuum ratio: siquidem
 Græci Accentus *προσῳδία* vocabant, testibus
 Cicerone, Diomede, & Gellio. Postea tamen
 usurpari consuevit pro Arte dimensionis syl-
 labarum, & communi Grammaticorum no-
 tione accipitur pro ratione discernendi syl-
 labarum modulum, seu quantitatem; quæ ab
 Accentu subtiliori quadam differentia distin-
 guitur, ut Par. 8. Cap. 9. docebimus.

Syllabarum alia *Brevis* est, seu unius tem-
 poris spatio prolata, quæ propterea *Contra-
 hi*, vel *Corripi* dicitur; alia longa, seu
 duorum temporum, quæ *Porrigi*, *Duci*, seu
Produci dicitur; alia *Communis*, hoc est,
 pro libito longa, vel brevis.

Quantitas syllabæ discernitur primum per
 Regulæ generales, deinde per Regulæ spe-
 ciales Primæ, Ultimæ, Mediæque syllabæ al-
 ligatas, de quibus eodem ordine tractabi-

mus : tum de figuris quantitatem syllabicam variantibus : deinde de Metris Pedum, & Carminum differemus : demum de Accentu in scribendo, & in pronunciando. Quibus absolutis, Poetarum Carmina, & Indicem vocabulorum triplicem ad Carmina Poetarum crebro provocantem, ac syllabarum quantitatem indicantem, sive certam, sive controversam exhibebimus, cum Æquivocis vocabulis. Generales Profodiæ Regulæ sunt decem; videlicet *Exemplum*, *Positio*, *Vocalis ante Vocalem*, *Diphthongus*, *Vocalium Græcarum*, aut *Hebraicarum* propria, ac determinata quantitas, *Derivatio*, *Analogia*, *Necessitas metrica*, & *Licentia poetica*, & *Syllabæ Communitas*. Compositio enim ad primam, vel mediam syllabam; Præteritorum autem, Supinorumque principia ad primæ syllabæ Regulæ speciales pertinent.

Reg. I. De Exemplo.

Exemplum est probati Poetæ auctoritas, qua syllabæ quantitas aliunde ignota dignoscitur. Sic primam brevem scire licet in *Vivum*, *Cano*; longam, vero in *primus*, & *ora*, *ra*; quia sic reperimus in illo Virgilio earmine:

*Arma virumque cano, Trojæ qui primus
ab oris.*

Appendices tres.

I. Quando ad confirmandam aliquam aliam Regulam Generalem, aut Specialem, adducitur probati Poetæ auctoritas, Exemplum quidem est, sed latius sumptum, nec syllaba illa Exemplo dici solet longa, brevis, aut communis, sed ob aliam quampiam Regulam.

2. Pro-

2. Probati Poetæ censentur antiqui omnes, qui ante Theodosium, vel saltem ante Trajanum, Romæ præsertim, aut in Græcia florere, sed quo propiores tempori Augusti, & Christi, eo meliores. Circa tempora enim Theodosii cœpit Gothorum, ac Vandalorum incursionibus Latinæ, & Græcæ linguæ puritas in Barbariem paulatim degenerare.

3. Cæterorum Poetarum auctoritate tunc licebit uti, quando deest antiquior auctoritas, & non peccat contra manifestas aliunde Prosodiæ Regulas; quod non solent facere peritiores Latinitatis, aut Græcolatinæ Poeseos. Pro antiquitate Poetarum consule nostrum Chronicon, post illorum carmina positum.

Reg. II. De Positione.

Positio vocalem præcedentem, aliunde non longam, longam facit. Est autem *Positio* plurium consonantium, vel unius duarum vim habentis collocatio, vel in eadem dictione, vel si una consonans sit in fine præcedentis, altera in principio sequentis dictionis; ut in hoc Virgiliano carmine:

Tytire tu parula recubans sub tegmine fagi.
Syllabæ enim *bans*, & *tegm.* positionem habent in eadem dictione: at syllaba *sub* eam habet ob litteram *t*, subsequenter dictionis.

Duplicis consonantis vim habet X, Z, & J, consonans inter duas simplicis dictionis vocales, ut in *Araxes, dumtaxat, Eleazar, Platonizo, majus, pejor, ajunt.*

V, & I, quando fiunt consonantes, idest quando ita comprimunt vocalem sequentem, ut cum ea unam syllabam consient, faciunt positionem, si eas præcedat altera consonans, sive in eadem dictione, ut in *adjuvat, subvenit*; sive in præcedentis fine, ut in eo ver-

30 Pars Secunda.
su Virgilii, *Ab Iove principium*, &c. & in
illo: *Es vos o Tyrii*.

Exceptio Unica.

Muta præcedens liquidam, si utraque ad
subsequentem syllabam spectet, præcedentem
syllabam, quæ aliunde non sit longa, com-
munem in carmine reddit. Sunt autem li-
quidæ L, & R; & raro in Latinis, frequen-
tius in Græcolatinis M, & N, reliquæ con-
sonantes, demptis S, & Q, mutæ sunt. Er-
go ob tres dictas conditiones communis est
prima in *Atlas, Aprilis, Agrestis, Cyclops,*
Cygnus, Cygnus, Cythnus, Daphne, drachma,
hydra, ichneumon, lacryma, Progne, parves,
rechna, recmessa, & raro *signum, ac tignum*.
Prima enim de se brevis est in *sigillo*, & *ti-*
gillo; de *ignosco* vide versum 1067. ubi ta-
men quidam legunt *misereri ignoscere*.

Communis item secunda in *Clytemnestra,*
Hypomnema, Polygaotus, Polymneia, Poly-
mnestor, & penultima in *Centuplum, Cleo-*
parra, Doriclus, feretrum, funebris, Peri-
cles, peragro, perpetro, podagra, renebra,
iberapnæ; aliisque multis in Indice nostro
notatis: quæ tamen penultima in prosa pro-
nuncianda est ut brevis.

Non valet hæc exceptio, si aut muta sub-
sequatur liquidam, ut in *arte, partes, altus,*
herba; aut muta ad præcedentem, liquida ad
sequentem pertineat syllabam, ut in *abluo,*
admonet, obruit, quamobrem; ubi mutæ B,
& D, spectant ad præviam syllabam *ab, ad,*
ob; aut denique si vocalis antecedens sit a-
liunde, quam vi positionis, longa; ut in *fra-*
tres, matres, libra, ambulacrum, periculum:
eum longa sit prima in *frater, mater, libel-*
la, & penultima in *ambulare,* & secunda in
peri-

periculum. Valet autem e contrariò in *agri*,
latro, *onis*, *patres*; quia prima brevis est in
ager, *lateo*, *pater*. Dubitarunt quidam de
latro, *latras*, sed communem esse primam
disces ex versibus in secundo Indice addu-
cendis, & ex ratione ibidem reddenda. Ne-
que enim tenemur ostendere syllabam esse
brevem, sed sufficit non posse convinci esse
longam, ut possit gaudere privilegio excep-
tionis hujus, sicut in *migro*, *vibro*, *terebro*.
Sed neque necesse est habere exemplum Poe-
tæ corripientis; sufficiunt enim tres prædi-
ctæ conditiones, ut maneamus in possessio-
ne hujus privilegii.

Appendices ad Regulam quinque.

1. Si vocalis præcedens duas consonantes
aliunde sit longa, sive natura sua exemplis
cognita, sive diphthongo, sive alia quapiam
de causa, Positio eam non facit longam, sed
confirmat in sua quantitate. Quare, ut ad-
vertit cum Probo Emmanuel noster, talis
syllaba deberet, rigide loquendo, dici lon-
ga non tam positione, quam alia de causa.
Quia tamen Positio factura fuit eam longam,
si non fuisset aliunde, & novo titulo longam
reddit, ideo non sunt reprehendendi Tiro-
nes, qui ubi viderint Positionem, syllabam
positione productam asserunt, non dispici-
entes, sitne longa aliunde, necne.

2. Vim duplicis consonantis habet X, quæ
conflata est ex CS, vel GS, ut *dux*, *ducis*,
fax, *facis*, *lux*, *lucis*, *grex*, *gregis*, *lex*,
legis, *nex*, *necis*, *Rex*, *Regis*, *Phryx*, *Phry-*
gis, *styx*, *stygis*, *vox*, *vocis*, quamvis non
semper ex casibus obliquis id discernatur,
ut in *nix*, *nivis*. Z autem conflata est vel
ex SD, ut quidam Grammatici Græci pu-

tant, vel potius ex duabus SS, ut censent Diomedes lib. 2. & Priscianus lib. 1. Nam veteres pro *Patrizo*, *Platonizo*, *Græcizo*, *pitizo*, *maza*, dicebant *Patrisso*, *Platonisso*, *Græcisso*, *pitisso*, *massa*. Apud Græcos tamen præter ξ, & Ζ, etiam ψ est duplex conflatæ ex BS, vel PS, ut in ἀραψ, ἀραβϞ, λαίλαψ, λαίλαπϞ. Demum apud Latinos J, consonans inter duas simplicis dictionis vocales habet vim duplicis, ob crasim latentem in illa. Prisci enim duplicabant in his, *maijus*, *maifor*, *peijus*, *Pompeijus*, *eijus*, *aïjo*, & similibus, teste Quintil. & Prisciano lib. 1. esto Vossius lib. 1. cap. 22. latere in his Græcam diphthongum putet.

Dixi, si simplex sit dictio in illis syllabis, in quibus scilicet tres sunt vocales, interjacente, J, consonante; nam si dictio ibi sit composita, raro, J, consonans habet vim duplicis, cum ante illam corripitur præcedens vocalis in *bijugus*, *trijugus*, *quadrijugus*, *multijugus*, *jurejurando*, *antejuvo*, *multiocus*, & similibus. An autem in *rejicio* producatür prima, eo quod J, habeat vim duplicis, aut ob necessitatem, & concursum plurium brevium, ut in *reliquias*, *religio*, *retulit*, controversum est; certum tamen est, aliquando unum ex duobus I, elidi, ut præcedens syllaba possit corripì, cuius rei exempla in Indice nostro habes in *abicit*, *adicit*, *subicit*, pro *abjicit*, *adjicit*, *subjicit*. In illo autem Virgiliano versu:

Tyire pascentes a flumine reice capellas:
sic abjecta est altera I, ut vi Synæresis prima sit producta; at illud Virg. 5. Æn.

Ore rejeclantem, mistosque in sanguine dentes:
alii legunt *Ore ejeclantem*.

3. Sunt qui putant V, consonantem habere vim duplicis, eo quod producatür prima in his,

flevi,

flevi, fovi, Mauro, navis, luit, præteritum priscum, pro *luit*; sed falluntur, cum sit brevis in *avis, cavus, favor, lavo, Jovis, juvo, moveo, novus, pavor, voveo*, & cæteris innumeris. Aliunde igitur in aliis longa est, nempe aut exemplo, aut quia sunt præterita dissyllaba, &c. In principio autem Virgiliani illius versus: *Fluviorum Rex Eridanus*, Spondeus est, quia I, beneficio synæresis facta consonans, cum V, consonante positionem efficit. Sæpe enim apud Poetas I, & V, quæ alioquin essent vocales, beneficio Synæresis in unam cum sequente vocali syllabam coeuntes, evadunt consonantes: quare si præcedat consonans altera, positionem efficiunt, & sic dissyllaba fiunt *tenuis, genua, renuit*; & trissyllaba hæc, *abiete, aciebus, ariete, arietat, pituita, sinuatus, tenuia*, de quibus Indicem nostrum consule. Prima denique in prisco *fluvidus* producitur, quia derivatur a prisco item præterito dissyllabo *fluivit*, cujus prima longa, ut in *luit, nuvit*, cæterisque præteritis dissyllabis non exceptis, nec sequente vocali.

4. Si duplex consonans sit in principio sequentis dictionis, & dictio præcedens desinat in vocalem natura sua, vel aliunde brevem, hæc plerumque brevis remanet apud Poetas plerisque, cujus rei extant innumerabilia exempla, sed sufficit aliqua indicasse; ineunt itaque Hexametrum, aut Pentametrum, ut infra:

Virg. 2. *Æn. Ossa tremor.*

6. *Æn. Phœbe graves Troje.*

11. *Æn. Ponite spes sibi quisque suas,
& mille trahit varios.*

Lucret. *Tenuia sparsi.*

& *Libera sponte sua.*

Ovid. 1. *Art. Altera Scylla maris.*

Manil. lib. 4. *Tertia forma stetit.*

Propert. lib. 4. *Consuluitque Striges.*
 Vel Hexametrum claudunt, ut infra, aut
 Pentametrum.

Lucret. *Mollia strata.*

Horat. Sat. 5. lib. 1. *Ridentes premia scribæ.*

& Sat. 3. *Procuravero stultus amici.*

Lucan. l. 2. *Super equora Xersem.*

& *Omnia praecept.*

& *Famularum brachia planctu.*

& *Laceravit fimbria Crassos.*

Ovid. 2. Met. *Claris lucente smaragdis.*

In Ariadn. ep. *Bellua stravix humi.*

Stat. Sylv. *Componere crines.*

Virg. 2. Æn. *Concreto sanguine crines.*

3. Æn. *Nemorosa Zacynthos.*

Quibus, & pluribus aliis consideratis Mar-
 tianus Capella illud pronuciare non dubi-
 tavit: *Proximi sermonis consonantes nihil
 adjuvant precedentem.*

5. Sæpe tamen particula que conjunctiva
 ob duplicem consonantem in principio sequen-
 tis dictionis evadit longa, tum vi Cæsura, tum
 positionis extraordinariæ, ut in Ecl. 4. Virg.

*Terrasque, tractusque maris, cœlumque
 profundum.*

Et aliis, de quibus vide versus 564. 565.
 570. 590. 625. 675. 1073. sed & aliæ syllabæ
 terminantes dictionem vocali de se brevi,
 evadunt aliquando longæ beneficio tum cæ-
 suræ, tum positionis in principio sequentis
 dictionis, ut apud Ovid. 5. Trist.

Nil opus est morte pro me, sed amore, fideque.

Et Juven. Sat. 8. *Occulta spolia, & plures de
 pace triumphos.*

Et Mart. l. 5. epig. 70. *Quid gladium de-
 mens Romana stringis in ora?*

Et Gratium de Venatione.

Vulpina species tamen hic exacta voluntas.

Sed

Sed ne bis idem repetamus, vide horum alia exempla selecta in Partis Nonæ versibus 391. 420. 501. 1194. 1205. 1378. 1586. 1777. 2090. 2775. præter alia, quæ ex Catullo promittit Voss. lib. 2. de Art. Gramm. c. 15.

Quædam tamen vi solius positionis in principio sequentis dictionis positæ producuntur: ut in Virgil. 9. Æn.

Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.

Appendices ad Exceptionem tres.

1. Ut exceptio de Muta, & Liquida valeat ad reddendam præcedentem syllabam communem, non est necessarium Poetæ probati exemplum; nam communis esset secunda in *tenebris, latebris, &c.* etiamsi fors tulisset, ut a Poetis producta fuisset semper, ita ferente metro; sed neque necesse est, ut ostendatur natura sua brevis, sed sufficit, si non possit ostendi esse longa. Regulæ enim de quantitate mediæ syllabæ fere omnes eam brevem statuunt, & reliquas longas rejiciunt in exceptiones. Deinde cum syllaba longa duo requirat tempora, & plus requirat, quam brevis, non est in dubio multiplicandum tempus, & moram in pronunciando, sed præsumendum pro brevitate, ac facilitate pronunciationis, ut confirmabo Regula ultima hujus partis. Quare in dubio relinquenda est Poetis libertas eam producendi, & corripienti, quam ab antiquo possident.

2. Litteram F, inter semivocales quidam numerant; at certum est, eam sequente L, & R, efficere frequentissime communem syllabam præviam, ut ex Indice nostro constabit in vocabulis *refluus, resto, refrano, refringo, reflecto, reflagito, restoreo, refragor, refrixit*. Idem dic de F, aspirato, idest de Ph, ut in

Menepbron, Lycopbron, &c. De quaestiuncula tamen hac fusius Scalig. l. i. de causis Linguæ Lat. c. 15. & Voss. de Art. Gramm. l. i. cap. 15. qui cum Prisciano inter semivocales ponunt F.

3. Liqueſcunt apud Græcos non solum M, & N, post mutas, sed etiam N, post M, ut in *Polymneia, Polymnestor, Clytemnestra*: sed etiam PT, & CT, ut in *Ægyptus, Dactylus*, imo & liquidæ ante mutas interdum, vel etiam solæ per se liquidæ reddunt syllabam communem; ut in *ἄρεξ, Mars; ἀνὴρ, vir; μέλας, melos*, quos imitatus est Persius in Prologo Scazontem sic terminans:

Cantare credas Pegaseium melos.

Demum Martialis corripuit secundam in Smaragdo, imitatus forte aliquem Græcorum, præsertim cum D sit cognata ipsi T, liqueſcenti apud Græcos; ait enim lib. 5.

Sardonychas, smaragdos, adamantas, jaspidas uno.

Sed de Græcis plura Gretſerus cap. 3. Proſodiæ Græcæ, Emmanuel in Majori Grammatica pag. 442. & Franciscus Vergara lib. 4. Grammat. Græc. cap. 14.

Reg. III. De Vocali ante Vocalem in

Latinis Dictionibus.

VOcalis ante vocalem in dictionibus mere Latinis brevis est; ut in *Deus, puer, fuit*. Si tamen utraque sit in eadem dictione, & non coeant in unam syllabam.

Nam si una sit in fine præcedentis, altera in principio sequentis dictionis, fit Synalœphe; idest prior vocalis ita cum posteriori coalescit, ut hujus sonum, & quantitatem induat, perinde ac si prior per apostrophum elisa fuisset, vel dissimulata; ut in hoc versu.

Vidi

*Vidi ego, quæ fuerat quondam fortissima
quercus.*

Sic dimetiendus est versus, ut ex *Vid' ego* fiat unus dactylus, & sonus, quantitasque literæ I, dissimuletur, perinde ac si scriptum esset *Vid' ego*.

Quando autem alias coeunt in unam syllabam, aut fit diphthongus, aut crasis, aut si per se, vel vi synæresis I, & V, evadunt consonantes, non pertinent ad hanc Regulam.

Exceptiones sex pro quinque Vocalibus.

1. Producitur A in *Aer, Cajus, Cai, Majus, Maii*, &c. etiam quando I, sequens est vocalis; item in genitivis priscis, *aquai, animai, aulai, Egeriai, flammai, frondosai, frugiferai, fugai, gelidai, Gerionai, borai, Iphianassai, Lunai, materiai, Nepai, operai, pictai, pilai, scenai, Sylvai, viai*, pro *aquæ, animæ*, &c. Nam diphthongum græcam *ai*, quæ communiter latine in diphthongum *Æ* vertitur, prisci in dictis casibus vertebant in AI, sed resolvebant in duas vocales, retenta diphthongi quantitate in priore vocali.

2. Producitur E, in genitivis, dativisque quintæ declinationis in *ei*, ut in *congeriei, diei, materiei, speciei*, quæ prisci scribebant sic: *dieii, specieii*, quamvis in *fidei* plerumque corripitur, & in *rei* a res, ac *spei* varietur; producitur & in vocativis, *Pompei, Vultei, Proculi*, & similibus, tum in possessivis, ut *Priameius, a, um, Semeleius, Æneia*, & similibus, tum demum in *heheu*, dissyllabo, vel *eheu*.

3. Producitur I, in *dias, dia, dium*, & in *fio*, reliquisque ab eo derivatis, nisi sequatur R: ut in Ovid. 1. Trist. Eleg. 7.

Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam.

Variatur autem tum in *Diana*, tum in genitivis *illius*, *ipsius*, *istius*, *nullius*, *neutrius*, *solius*, *totius*, *ullius*, *unius*, *utrius*: quę tamen in prosa producuntur; at in *alius* semper producitur utrobique, in *alterius* autem variatur in versu, sed in prosa corripitur; quęre horum exempla in nostro Indice.

4. Variatur, O, in ohe, & in O, interjectione sequente dictione a vocali inita, ut O *Alexi*, o *ego*, &c. Nec enim solet elidi, sicut nec *ab*, *vah*, *prob*, ut retineatur affectus harum interjectionum.

5. Variari potest V, in præteritis *luit*, *pluit*, *annuit*, *ruit*, *suit*, *induit*, *imbuit*, &c. ad differentiam præsentium, in quibus corripitur; nam Varro lib. 2. de Analogia, & Priscian. lib. 10. hæc præterita producenda docent; & ita fecisse Priscos in *annuit*, *luit*, *pluit*, geminando V, disces ex Indice: at posteriores Poetę corripuerunt.

6. Si Græcolatina sint vocabula, esto non spectent ad hanc Regulam, memineris tamen longam esse vocalem, quotiescunque gręce scribitur per η, vel per ω, vel per δ, ut in *Deiphilus*, *Troes*, *Oreas*, gręce *δηφιλος*, *τρῶες*, *ορηας*. Sed de his plura in Reg. 6.

Appendices Quatuor.

1. Præpositiones *de*, *se*, & pronomina *me*, *te*, *se*, in compositis, sequente vocali, nisi per synæresim contrahantur, variantur; aliquando enim producuntur, retenta nativa earum quantitate; aliquando vi vocalis ante vocalem corripiuntur. Habes exempla in Indice nostro in *dehisco*, *deoscolor*, *dehortor*, *deesse*, *deuro*, *deorsum*, *deinde*, *dehinc*, *seorsum*, *seipsum*. Pro tamen, & co pro con solent corripri, ut in *prohibet*, *coheres*, *coortus*.

2. Quan-

2. Quando fit Dialœphe, seu vitatur Synalœphe, vocalis in fine precedentis dictionis, etiamsi non sit aliunde brevis, potest evadere brevis, ob vocalem initialem sequentis dictionis; esto id non sit necessarium, ut in versu Virgiliano *qui, & te* corripuntur Ecl. 8.

Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Et 6. *Æn. Nomen, & arma locum servant, te amice nequivi.*

At in *pecori, & perii* producitur ab eodem in Eclogis 3. & 8.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Plura alia exempla dabimus Parte Nona in versibus 250. 363. 527. 530. 531. 544. 549. 551. 552. 553. 558. 559. 567. 568. 571. 583. 584. 598. 603. 615. 626. 629. 634. 638. 650. 666. 681. 685. 688. 695. 696. 708. 715. 794. 812. 917. 1051. 1111. 1124. 1125. 1129. 1185. 1442. 1673.

3. *Chorea, Malea, & Platea* communem habent penultimam, imitatione Gręcorum, qui in ea sede aliquando retinent diphthongum *eu*, aliquando Jonice, abjecto Jota, retinent *e* breve. Sed de vocabulis dictionum gręcolatinarum expedit distinctam Regulam tradere, quod fiet Reg. 6.

4. Synalœphem factam inveni in *heu*, & in vocativo *Lynceu*, sequente vocali, de quibus consule Indicem nostrum.

Reg. IV. De Diphthongo, & Crasi.

Diphthongus longa est tam apud Gręcos, quam apud Latinos. Est autem Diphthongus duarum diversę speciei vocalium in unam misti soni syllabam conspiratio.

Diphthongi Latinorum ordinarię sunt quatuor, nempe *AE, OE, AV, EV*; ut in his

voca-

vocabulis, *Æneas*, *Melibæus*, *Aurelius*, *audio*, *Eugenius*, *heus*.

Diphthongi Græcorum propriæ sunt sex; videlicet *αι*, *ω*, *ει*, *δ*, *οι*, *ου*, ut in his nominibus, *αἰνείης*, *Æneas*; *Ἀγάθη*, *Agave*; *πλειάς*, *Pleias*; *Παρασκευή*, *Parasceve*; *καenotάφιον*, *Cænotaphium*; *ἀμαθούς*, *Amathus*, *untis*.

Diphthongi autem impropriæ Græcorum item sex; nempe *αυ*, *ωυ*, *υι*, & *αη*, *ηω*, idest *Alpha*, *Ita*, & *Omega* cum *Jota* subscripto.

Exceptiones due.

1. Prima in *Meotis*, & Præpositio *Præ* in compositione, sequente vocali, communes sunt; ut in *præstus*, *præcutus*, *præiret*, *præordinat*, *præoccupat*, *præoptat*, de quibus Indicem consule.

2. Communis est prima in *Chiragra*, & *Chirurgus*, & penultima in adjectivis *Hectoreus*, *Dædaleus*, *Cyclopeus*, &c. Licet enim communi dialecto scribantur per *δ*; Jonice tamen per *ε*, ut in *Chorea*, *Malea*, *Platea*. Sed hæc spectant ad Reg. 6. cum sint græcolatina, hic vero sermo sit de latinis tantum. Ne tamen hæc oblitii videremur, præindicanda duximus.

Appendices sex.

1. Duarum vocalium in unam syllabam coalescentia quatuor fit modis; nempe *Diphthongo*, *Crasi*, *Synæresi*, *Synalæphe*. Jam ut sit Diphthongus requiritur, ut duæ vocales sint diversæ speciei, & ut sic retineant naturam vocalis, ut utriusque sonus ex parte audiatur; alioquin si sint ejusdem speciei, erit Synæresis mera, ut in monosyllabis his, *Diis*, *iis*, *deest*, & in dissyllabis *iisdem*, *prehendo*, *deerit*. Sed nec diphthongus est, si I, & V, evadant consonantes; ut in *adjacet*, *ajo*, & in dissyllabo

tenuis. Si vero non pronuncietur nisi unus vocalis sonus, & alterius sonus omnino dissimuletur, aut *Synalæphe* erit, aut *Crasis*; *Synalæphe* quidem, si vocalis, quæ subicitur, sit in fine dictionis præcedentis; *Crasis* autem, si utraq̃ue in unicam contrahatur, ut dicitur append. 3. Et si ergo non omnis Synæresis est diphthongus, illi tamen æquivalet in producenda syllaba, & duorum temporum mora inducenda.

2. Diphthongi Latinorum extraordinariæ sunt aliæ quinque; nempe EI, OI, UI, OU, YI. Prima exempla habemus in *hei*, & in priscis illis *queis*, *capriivi*, *omneis*, *plureis*, *monteis*, pro quibus, *capriivi*, *omnes*, *plures*, *montes*, &c. de quibus Quintil. l. 1. c. 7. & Gell. l. 13. c. 19. & 24. Secundæ exemplum est in *hoi*, & priscis *quoi*, *cuoius*, pro *qui*, & *cujus*. Tertiæ exemplum est in monosyllabis *cui*, *hui*, *huic*; & in *Luitprandus*. Quartæ exemplum est in *prout*. Quintæ in *Harpya* trissyllabo, *Illyhia* quadrisyllabo, pro quibus etiam ponuntur *Harpua*, *Illyhua*; sed sextam quoque UE, agnosco in *Antuerpia*, *Suetonius*, *Suenus*, *Mopsuestia*. Harum quasdam sic receperunt noster Emmanuel, & Vossius l. 2. c. 2. ut reliquas non memorent, nec damnent.

3. *Crasis* est duarum, pluriumve vocalium in unicam, uniusque soni syllabam contractio, seu inclusio: quoniam autem sic contrahuntur, ut tamen includatur abjectæ vocalis vis in vocali altera, quæ retinetur, & hæc temporibus saltem duobus æquivalet, ideo syllabam longam reddit, non secus ac diphthongus, ut in *bobus*, *bucula*, *corus*, *cotes*, *cogito*, *cogo*, *bigæ*, *junior*, *malo*, *mi*, *ni*, *nil*, *quadrigæ*, *tibicen*, *probovibus*, *bovicula*, *caurus*, *cautes*, *coagito*, *coago*, *bijugæ*, *juvenior*, *marvolo*, *mibi*, *nisi*, *nihil*, *quadrijugæ*, *tibiicen*; ubi vides extritam esse

esse quandoque consonantem inter duas vocales, antequam fieret Crasis. Sic in Lucretio Crasis est, si *coperisse* pro *cooperisse* legas, & Horatio, si *veniens* pro *vehemens*, & in Actio, si *conestant* pro *cobonestant*. Est demum Crasis in præteritis illis, *morunt*, *norunt*, *sternunt*, *sternunt*, pro *moverunt*, *noverunt*, &c. Sic in *noris* pro *noveris*, *moris* pro *moveris*. At Virgilius in *graveolentia* crasim fecisse videtur in *secunda*, & tamen eam corripuit, sed legenda sunt separatim *grave*, & *olentia*, facta tamen Synalæphe.

4. Diphthongi in fine dictionis, sequente vocali in principio sequentis vocabuli, non raro corripuntur a Græcis, & aliquando a Latinis; esto alias producantur: quare in hoc casu communes sunt. Jam dedi in Appendice secundæ Regulæ præcedentis exempla in Versibus 593. 618. 2477. in quibus Hexameter definit in *Rhodopeje arces*, aut incipit ab *Insula*, & in *Jonio*, *Insula ore* neglecta in his Synalæphe. Errorem tamen puto corripere primam in *heresis*, & in *anigma*, & in *sphæra*; esto aliqui Poetæ, sed non primæ classis, sic fecerint, ut & secundam in *Idume*, *rhombæa*, quorum exempla in Indice nostro reperta non imitabere.

5. Græcorum Diphthongi Latine vertuntur, ut infra sic, $\alpha\iota$, in *ae*, $\text{Μηχανδρὸς, καιὸν, Μισοῦ}$, in *Mæander*, *Pæan*, *Museus*, & aliquando in *ai*, ut $\alphaἰνῆ$, Μαῖα , in *Ajax*, *Maja*; quo reducuntur illi prisci genitivi, *αἰλαι*, *λουναι*, *πισται*, *terrai*, &c. Sed & pro *Æmilius* usurparunt *Aimylius*, & pro *Dive*, *Divai*.

α vertitur aut in E longum absque diphthongo, ut $\text{Ὀρεῖα, σπονδεῖ, ἄλφει, πανεῖ}$, in *Oreas*, *spondeus*, *Alpheus*, *Peneus*, aut in I, longum, ut $\text{κλειῶ, κελῶ, πηλῶ, δειῶ}$,

in *Clio*, *Nilus*, *Paradisus*, *Darius*, vel utrovis modo, ut ἀλεξάνδρεια, ἀπαμεία, πλεία, in *Alexandria*, & *Alexandrea*, *Apamia*, & *Apamea*, *Plias*, & *Pleias*, vel *Plejas*: aliquando tamen vertitur in ε, dialecto Jonica, ut in χερύρα, *Chiragra*, & χείρρα, pro quibus χερύρα, & Latine *Cheragra*, *Chirurgus*; quamvis retento vestigio totius græcæ diphthongi resolvatur aliquando sic, ut ε, transeat in E longum, ut in *Plejas* trissyllabo, *Plejades* quadrisyllabo, *Elegeja* quinesyllabo, græce enim est ἐλεγεία, & alia his similia græce modo per ει, modo per ε. Ex hujus diphthongi imitatione sunt prisca illa, *queis* pro *quibus*; *arteis*, *captivei* pro *artes*, *captivi*, &c.

οι, in OE, ut κοινίβιον, χέριβ, φοιβ, in *Cœnobium*, *Corēbus*, *Phœbus*; Sic ποίη, & φοίνιξ, οίνη, in *pœna*, *Phenix*, *Oenone*. Prisci tamen aliquando pro U, longo, vel I, usurpabant OI, velut imitantes hanc diphthongum: sic in monumentis vetustis *leges*, *coira*, *loidos*, *oiti*, *quoi*, pro *cura*, *ludos*, *uti*, *qui*: iidem dixere *proilium* pro *prælium*.

au vertitur in au, ut αὔλις, πᾶυλ, ναυμαχία, ἡσαῦ, in *Aulis*, *Paulus*, *naumachia*, *Esau*; sed ita, ut aliquando V, sonet ut consonans, ut ἀγκύη, ναυάγιον, *Agave*, *navigium*.

ε vertitur in eu, εὐγε, εὐγέιν, εὐρ, λευκοδόη, in *euge*, *Eugenius*, *Eurus*, *Leucothoe*. Sed & hic aliquando u consonantem sonat, ut in εὐα, εὐαγγέλιον, εὐάνδρ, εὐα, *Eva*, *Euangelium*, *Evandrus*, *Levi*. Hic memento, ut dissyllaba facias hæc, *Orpheus*, *Perseus*, *Proteus*, *Theseus*, *Tydeus*, & trissyllaba *Briareus*, *Salmonæus*, *Achilleus*, & his similia, quæ desinunt græce in ες, ut vocativi in ε, ut *Orpheu*, *Proteu*.

ε vertitur in u, plerumque longum, ut ἄλκω, ρω,

Ⓜ, κλεόβουλⓂ, παλίνυρⓂ, ΘεόδουλⓂ, ὕρανία,
 in *Ælurus*, *Cleobulus*, *Palinurus*, *Theodulus*,
Urania. Prisci hujus diphthongi imitatione u-
 surparunt, *loumen*, *noumen*, *nouncius*, *jouve*,
joustitia, pro *lumen*, *numen*, *nuncius*, *jure*, *ju-*
stitia. Raro autem vertitur in U, breve, &
 tunc V, potius stat pro U, vel O, ut in *Hecy-*
ba, *Tibur*, *Atabulus*; nam pro ἔκυστα, & τίβυρ,
 scribitur quoque ἔκυστα, & τίβυρ. Latinum ta-
 men U, etiam quando breve est, Græci ver-
 tunt aliquando in υ, vel in υ, ut *Perusium*, &
Perusinus, in *περύσιον*, & *περύσιος*; per erro-
 rem autem correpta est a nonneminem penulti-
 ma in *Idume*, & *Cberubim*, non obstante υ. Por-
 ro de æquivalentia soni litterarum V, & Y, vi-
 de infra append. 4. de finitis in I, vel Y.

Impropræ autem diphthongi vertuntur ut
 infra: ω in yi, vel in ui, ut in *Harpys*, *lli-*
thyia, *Orithyia*, *Cænomyia*.

α, idest alpha cum jota subscripto, in A,
 longum, ut *μῆα*, *Θράκη*, in *Mna*, *Thrace*.

η, nempe ita cum jota subscripto in I,
 vel in E longum.

ω, idest omega cum jota subscripto in
 oe, ut in *aulædus*, *comædus*, *citharædus*,
tragædus, quæ græce desinunt in ωδⓂ.

Denique ηυ in eu, & ωυ in ou vertuntur.

6. Quoad Hebraicas diphthongos, constat
Kirech, idest I, post *Kamez*, & *Patach*, idest
 post A tam longum, quam breve, constituere
 diphthongum Ai; quare usurpanda essent ut
 dissyllaba *Beguai*, *isai*, *Sarai*, *Tolmai*, *Zachai*,
 & ut trissyllaba *Berzellai*, *Mardochai*, *Bonaias*,
Isaias, &c. sed *Kirech* post *Cholem*, idest O lon-
 gum, & post *Surek*, idest V longum, facit
 diphthongos, OI, & UI, de reliquis contro-
 versum esse docet Vossius l. 2. c. 2. addens
Hesau, pronunciarum ab Hebræis *Hesas*.

Reg. V. De Vocalium Gręcarum, & Hebraicarum quantitate.

Vocalium gręcarum quedam sunt natura sua breves, quedam longę, quedam ancipites, seu indifferentes ex se.

Breves sunt ϵ , & o , ideoque brevis est prima in *decas*, *gelasius*, *Telamon*, & prima, ac secunda in *hebenum*, *Helenam*, *Semele*, *Tenedos*; & penultima in *Aristoteles*, *Diogenes*, *Demosthenes*, *Aristoxenus*, *Eumenes*, quia scribitur per ep̄silon ϵ . Similiter brevis est prima in *Chorea*, *Corinthus*, *Polyphemus*, *ibionus*, *tonus*, & prima, ac secunda in *opobalsamum*, *rhododaphne*, *colocasia*, & penultima in *Christophorus*, *Philoponus*, *Theologus*, *nycticorax*, *antidotum*, *Thersilochus*, quia scribitur per omicron o .

Longę autem sunt η , & ω , qua de causa longa est prima in *Cete*, *Democritus*, *Peleus*, *Pegasus*, *theca*, *theriaca*, *Zeno*; & penultima in *dięcesis*, *archiater*, *phronesis*, *problema*, *peripsema*, quę scribitur per η . Similiter longa est prima in *gnomon*, *Gnosus*, *Troes*, *stroma*, *momus*, *Thomas*, *Zona*, *Horeb*, & penultima in *Philanthropus*, *Misanthropus*, *Lagopus*, *meteo-
ra*, *metamorphosis*, *axioma*, *antiphona*, *Salome*, *Debbora*, *Sephora*, *Theodorus*, quia scribitur per ω , quidquid fecus imperiti factitent. Ancipites, seu ex se indifferentes, in aliquibus dictionibus breves, in aliquibus longę sunt, κ , ι , υ .

Exceptiones duę.

1. Corripiuntur ultime in *Mater*, & *Pater*, licet gręce desinant in $\eta\rho$, & nomina in *or*, tertię declinationis, quorum incrementum breve est in oris; esto in casu recto desinant in $\omega\rho$, ut *Crantor*, *Hęctor*, *Nęstor*. $\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\omega\rho$; $\epsilon\eta\tau\omega\rho$; $\nu\acute{\epsilon}\varsigma\omega\rho$.

2. Quę-

2. Quædam ratione diversæ Dialecti mutant vocales in alias vocales, aut diphthongos, de quibus consule append. 2. infra.

Appendices Quatuor.

1. Vocales Græcorum latine vertuntur sic.

α in a, & raro in e, ut *ἔαλοντος* in *talentum*.

ε, in E breve.

η, vel in A longum, ut *ἀτκλήσι*, *γρήνη*, *μηχανή*, *σίμητι*, in *Æsculapius*, *Granicus*, *machina*, *Sinapi*, vel in E longum, ut *πρόβλημα*.

διρκη, *μελπομένη*, in *Problema*, *Dirce*, *Melpomene*, vel in I longum, ut *ἐνέργημα* in *Energima*, aut utroque modo, ut *ἠσαΐας*, *θῆθη*, in *Esaias*, & *Isaias*; *θηρα*, & *θητα*, sed multo melius in E.

ι in I.

ο in O breve, aut in U consonantem, ut *δέλος*, *κόρινθος*, in *Delus*, *Corinthus*, vel poetice in *Delos*, *Corinthus*.

υ in Y, aut in U, ut *κοτυλή*, *κύμινον*, *κόθυρι*, *ρώμιον*, *περύσις*, in *cocyla*, *cuminum*, vel *cuminum*, *cothurnus*, *Romulus*, *Cerusia*.

ω in O longum, ut *θωμάς*, *θεόδωρος*, in *Thomas*, *Theodorus*.

2. Dialectus, idest species idiomatis propria, fuit apud Græcos diversa pro varietate Provinciarum, sed præcipue fuere quinque, videlicet *Communis*, qua usus est frequenter Pindarus; & *Attica*, qua Athenienses, Plato, Aristophanes, &c. & *Æolica*, qua Alcæus, & Sappho; & *Dorica*, qua usi sunt Bacchylides, Ibycus, Simonides, Theocritus, & aliquando Pindarus; & *Jonica*, qua Hippocrates, Herodotus, & plerumque Homerus, Hesiodus, Archilochus, Anacreon.

Addunt his *Cretensem*, qua Cypselus; & *Laconicam*, qua Alcæon usus est. Ex his per pauca indicabo, quæ usui esse possint pro defen-

fensione Poetarum insigniorum, si quando quantitatem vocalium græcarum ratione Dialecti mutasse videbuntur; quædam alia addendo pro nominum declinatione ad metrum pertinentia.

Ex Attica Dialecto.

Attici aliquando vertunt η in ε, & ε in υ, qua ratione correptam primam crediderim in *Crepida* ab Horatio, & in *Eriphilia* Virgilio, in *Pelagona* ab Ovidio, in *Terei* a Martiali, in *Theys* a Seneca, in *Cybele* ab aliis, quamvis communi Dialecto scribatur κρηπίς, ηεραφείλη, πηλάγονα, τήρη. Sic variatur secunda in *Nereis*, *idos*. Vertunt iidem nomina α in εως, ut Μενελάω, Μενέλεως, Νικολάω, Νικόλεως, genit. Meneleo, Nicoleo, ut Androgeo, &c. & genitivos rectorum in εως, qui communiter flectuntur in εω, Attice declinantur in εως, ut pro ἀχιλλέος, ὀδυσσεός, usurpant ἀχιλλέως, ὀδυσεώς, &c. Sic genitivi Jonici in εω, ut ὄφης, ὄφεω, ab Atticis vertuntur in εως, ut ὄφεως, sic πόλεω in πόλεως.

In patronymicis quoque fœmininis προμηθεΐδα, dicunt προμηθεά, & προμηθεΐδας προμηθεάδας.

Ex Æolica Dialecto.

Æoles autem præ aliis insignes mutationes infrascriptas usurpant, videlicet

α in α, si sequatur vocalis, ut προ ἄλλων, ἄλλων.

• in ω, ut προ ὀμοιον, ὀμοιον.

ω vicissim in υ, ut προ ὄρκ, ὄρκ. Fortasse igitur hac ratione excusabis eos, quos in Indice nostro videbis corripuisse primam in *Orion*, *Prorei*, *Troja*, trissyllabo, *Scoria*, *Stoicus*, & secundam in *cichorea*, *conopeum*, *Geometra*, *Heroicus*, *Sidonius*, *Jonius*, *Edonis*, *Octophorum*, licet scribatur per ω. Sed & vocativos communes in ω, a rectis in ω, quorum genitivus est

in ον, Æoles vertunt in ον, ut pro ᾧ ἀνιδῶν, ᾧ χελιδῶν, dicunt ᾧ ἀνιδόν, ᾧ χελιδόν.

υ in ι, ut pro ὕπαρ, ἱπαρ.

ο in υ, ut pro ὀμφαλ, ὕμφαλ.

ου in ω, ut pro μούσας, μώσας.

ει in η, ut pro κυδαίρφα, κυδαίρη, quamvis aliquando adjecto jota geminent sequentem consonantem, ut pro ἐπέρφα, dicunt ἐπερρφα.

ης, rectos casus in α, ut ἀρχίτης in ἀρχίτα.

ες, vocativos a nominativis in ης vertunt in ε; ut pro ὁ σώκρητες, dicunt ὁ σώκρητες, &c.

εος, genitivos communes a rectis in εος, antiqui Æoles vertebant in ης; sed recentiores in φς, & pro ὀρφές dicebant illi ὀρφη, & hi vero ὀρφη; quod & Jones fecere, sed penultimam inflectendo, ut mox dicemus.

Ex Dorica Dialecto.

Dores porro vertere consueverunt

ε in α, ut pro ἀρθερις, ἀρθαρις.

εος, rectos casus vertunt in ης, & declinant per primam simplicium, ut pro ὀρφεύς, ὀρφης, & pro ἀχιλλεύς, ἀχιλλής, sic in vocativo pro ὀρφεῦ, ἀχιλλεῦ, dicunt ὀρφή, ἀχιλλή.

εος, genitivos rectorum in δς, vertunt in δς, & pro τῷ ἀχιλλεῦ, ὀρφεῦ, dicunt ἀχιλλεῦς, ὀρφεῦς.

ε in ω, sicut Æoles, & pro μούσας dicunt μώσας, vel in ο, ut pro πολύπας, πάλυπ, & pro οἰδίπας, οἰδιπ.

η in α longum ἱητρ, ἱατρ, medicus, & pro ἥλιος, sol, ἄλιος; & pro σελήνη, luna, σελάνη, & pro μηκέδασιος, μακέδατος, & pro σπικίτης, σικίτης.

Ex Ionica Dialecto.

Jones demum α rectorum casuum in η, & pro μῦσα, ἐλέκτρα, &c. dicunt μούση, ἐλέκτρι, &c. qua ratione excusabiles sunt, qui produ-

cunt

cunt ultimam in nominativis, *Electra*, *Hypermnestra*, *Rhea*. Sic pro $\pi\acute{\epsilon}\nu$, $\pi\acute{\tau}\eta\acute{\nu}$, & pro $\acute{\iota}\alpha\tau\epsilon\circ$, $\acute{\iota}\eta\tau\epsilon\circ$; & pro $\nu\omega\acute{\alpha}\gamma\iota\omicron\upsilon$, $\nu\omega\acute{\eta}\gamma\iota\omicron\upsilon$, naufragium; & $\tau\eta\chi\acute{\iota}\varsigma$ pro $\tau\eta\chi\acute{\iota}\varsigma$.

δ in ϵ apud Poetas, ut pro $\chi\epsilon\acute{\iota}\rho\alpha\gamma\gamma\alpha$, $\chi\epsilon\acute{\iota}\rho\alpha\gamma\gamma\circ$, $\epsilon\acute{\kappa}\tau\acute{\epsilon}\rho\phi\omicron\varsigma$, $\chi\epsilon\acute{\rho}\alpha\gamma\gamma\alpha$, $\chi\epsilon\acute{\rho}\alpha\gamma\gamma\omicron\varsigma$, $\epsilon\acute{\kappa}\tau\acute{\epsilon}\rho\phi\omicron\varsigma$, & sic de aliis pluribus adjectivis similibus, *Cyclopeus*, *Dedaleus*, *Boreus*, *Nestoreus*, *Pegaseus*, *Typhæus*, &c. quæ communem habent penultimam, quia communi Dialecto per δ scripta producuntur, sed Jonice per ϵ corripuntur. Communis est quoque prima in *Leander*, qui scribitur per δ , & Jonice per ϵ ; & ob eandem rationem penultima in *chorea*, *alea*, *conopeum*, *malea*, & *platea* communis est.

α in ω , ut pro $\acute{\alpha}\rho\acute{\iota}\sigma\omicron\upsilon$, $\acute{\omega}\rho\acute{\iota}\sigma\omicron\upsilon$.

ϵ in η , ut in accusativis, *Briareum*, *Cepheum*, *Ilionea*, *Idomeneia*, penult. longa.

\omicron in $\omicron\upsilon$, ut pro $\nu\acute{\omicron}\sigma\omicron\varsigma$, morbus, & $\acute{\omicron}\rho\omicron\varsigma$, mons, usurpant $\nu\acute{\epsilon}\sigma\omicron\varsigma$, & $\acute{\omicron}\upsilon\rho\omicron\varsigma$.

Sic pro $\omega\lambda\acute{\upsilon}\pi\epsilon\varsigma$, & $\pi\omicron\lambda\upsilon\delta\alpha\mu\mu\epsilon\varsigma$, usurpant Poetæ $\pi\epsilon\lambda\acute{\upsilon}\pi\epsilon\varsigma$, $\pi\epsilon\lambda\acute{\upsilon}\delta\alpha\mu\mu\epsilon\varsigma$.

$\iota\omicron\varsigma$, genitivos cum incremento a rectis in $\acute{\iota}\epsilon$, vertunt in $\epsilon\omicron\varsigma$, ut pro $\acute{\omicron}\phi\iota\omicron\varsigma$, $\pi\acute{\epsilon}\lambda\iota\omicron\varsigma$, $\tau\acute{\epsilon}\rho\psi\iota\omicron\varsigma$, usurpant $\acute{\omicron}\phi\epsilon\omicron\varsigma$, $\pi\acute{\omicron}\lambda\epsilon\omicron\varsigma$, $\tau\acute{\epsilon}\rho\psi\epsilon\omicron\varsigma$.

ω in ω , ut pro $\theta\alpha\acute{\omega}\mu\alpha$, miraculum, & $\theta\alpha\omega\mu\alpha\tau\acute{\iota}\alpha\varsigma$, adhibent $\theta\acute{\omega}\mu\alpha$, & $\theta\omega\mu\alpha\kappa\tau\acute{\iota}\alpha\varsigma$.

$\epsilon\upsilon\varsigma$, nominativorum genitivos communes $\acute{\epsilon}\omicron\varsigma$ vertunt in $\acute{\eta}\omicron\varsigma$, ut $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$, $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\omicron\varsigma$ vertunt in $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\eta}\omicron\varsigma$: sic pro $\acute{\omicron}\rho\phi\acute{\epsilon}\omicron\varsigma$, $\acute{\omicron}\rho\phi\acute{\eta}\omicron\varsigma$, & sic pergunt in obliquis casibus, dicentes in dativo pro $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\iota$, $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\eta}$; & in accusativo pro $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\alpha$, $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\eta}\alpha$. Recentiores tamen Jones usurpant obliquos hosce $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\omicron\iota$, $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\eta$, $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\alpha$.

$\omicron\upsilon$ genitiva in $\acute{\epsilon}\omega$, & $\omicron\upsilon\varsigma$ genitiva in $\acute{\epsilon}\omega\varsigma$. Sic pro $\xi\acute{\epsilon}\rho\sigma\alpha$ usurpant $\xi\acute{\epsilon}\rho\sigma\omega$, & pro $\delta\eta\mu\omicron\sigma\delta\acute{\epsilon}\nu\eta\varsigma$, $\delta\eta\mu\omicron\sigma\delta\acute{\epsilon}\nu\epsilon\omicron\varsigma$.

Caveas tamen ne hoc indicio abutaris, & erra-

errata Poetarum inferioris subfellii ab imperitia græcæ linguæ orta excusare contendas prætextu Dialectorum.

3. Nomina græcolatina, quorum rectus casus est in $\alpha\iota\varsigma$, communi dialecto spectata, insignem diversitatem sortiuntur tum apud Græcos, tum apud Latinos. Nam in recto aliquando per figuram Dialysin resoluta diphthongo *eu* in duas syllabas, *Orpheus*, quod erat dissyllabum, evadit trissyllabum, ut apud Virgilium in *Culice* bis. Aliquando autem formantur in *ES*, & pro *Achilleus*, *Ulysseus*, dicitur *Achilles*, *Ulysses*, & in obliquis declinatur modo per secundam, modo per tertiam, diciturque *Ulyssis*, *Achillis*, & *Ulyssei*, *Achillei*, tum trium, tum quatuor syllabarum. Sic Horat. l. i. quadrissyllabum fecit *Ulyssei*, dicens:

Nec cursus duplicis per mare Ulysei.

At Virg. l. *Æn.* trissyllabum fecit *Achillei*.

Troas reliquias Danaum, atque immitis Achillei.

Verum apud Græcos, ut adnotat Gretserus lib. i. cap. 5. miram suscipit varietatem in obliquis: quod vel unico in nomine $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\iota\varsigma$ patet, nam declinatur sic:

Genit. Dativ. Accus. Vocat
Communiter.

$\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\omicron\varsigma$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\iota$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\alpha$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\upsilon$
Attice

$\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\omicron\varsigma$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\phi$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\alpha$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\upsilon$
Jonice antiquitus.

$\alpha\chi\iota\lambda\lambda\eta\omicron\varsigma$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\eta\iota$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\eta\alpha$
Jonice recentius.

$\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\omicron\varsigma$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\iota$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\alpha$
Jonice antiquitus.

$\alpha\chi\iota\lambda\lambda\eta\omicron\varsigma$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\eta\iota$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\eta\alpha$
Eolice recentius.

$\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\omicron\varsigma$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\iota$ $\alpha\chi\iota\lambda\lambda\epsilon\alpha$

Dorice

Αχιλλεύς

Bæotice.

Αχιλλίος

Jonice contracte.

Αχιλλῆς Αχιλλῆ Αχιλλῆ

Sed & Dorice hæc nomina declinantur a recto ης, sic ὄρφης, accus. ὄρφην.

4. Hebraicarum quoque Vocalium quantitas stata, ac firma est, sed pro unaquaque nostrarum, habent ipsi geminas, unam longam, alteram brevem, aut etiam brevissimam, quarum nomina sunt infrascripta.

Longæ. Breves. Brevissimæ.

A Kamerz. Patâch. Cateph. patach.

E Tsère. Segòl. Cateph. Segòl.

I Kirekgadol. Kirekkaðon. Cateph Schevâ.

O Cholem. Kamerzcatùph. Cateph Scammeiz.

V Schurèk. Kibbùtz.

Qui Hebraice non norunt, possunt tamen quantitatem nominum expiscari a Græcis, qui Hebraica vertunt, ut a Septuaginta Interpretibus, qui vetus Testamentum græce reddiderunt, vel ab iis Evangelistis, qui novum Testamentum græce scripserunt, vel a Suida, & cæteris hujusmodi, apud quos videas secundam in *Genesar* per η, & in *Jarius* per ε, & *Deborah*, *Sephora*, *Seorim* per ω scribi, quod indicium est Hebraicarum longarum.

Reg. VI. De Vocali ante Vocalem in Dictionibus Græcolatinis, & Hebraicolatinis.

1. **V**Ocalis ante vocalem in dictionibus græcolatinis, aut hebraicolatinis, si substituta sit pro vocalibus brevibus ε, vel ο, brevis est; si pro longis η, & ω, vel pro diphthongis, longa; si pro ancipitibus, aliquando brevis, aliquando longa est in di-

52 Pars Secunda.
versis vocabulis, quorum exempla subijcere
libet.

ε brevis est propter ε secunda in *Cbereas*,
Crateas, *Cyneas*, *Demeas*, *Praxeas*, *Thra-*
seas, *Atheus*, *Timotheus*, idemque putat
Emmanuel de *Andreas*, & *Idea*; esto acute
pronuncientur ob accentum in ea sede, &
ob necessitatem, produci possent sicut secun-
da in *Matthias*, quia clausa est inter duas
longas. Adde brevibus obliquos casus nomi-
num in εos, ut *Orpheos*, *Orphea*, *Persea*,
Protea, *Thesea*, *morpheos*, *metamorphoseos*,
&c. at prima in *Rhea* corripitur, si est Sa-
turni uxor, producitur, si Romuli mater.

ο brevis item propter ο penultima in *Lao-*
coon, *Demophoon*, *Pirithous*, *Simois*, *Arfi-*
noe, *Leucothoe*.

η longa vero propter η est prima in *Ceyx*,
Deiphilus, *Deianira*, *Deiphobus*, *Deidamia*,
Deois, *Theius*, *Trejicius*, & penultima in
substantivis *Echeneis*, *Chryseis*, *Bri-seis*, &
in patronymicis fœmininis, ut in *Danaeis*,
eidos, *Æneis*, *Pimpleis*, *Cythereis*, *Cad-*
meis, *Theseis*, *eidos*, &c.

ω longa item propter ω est prima in *Troes*,
Troicus, *Troilus*, *Oarion*, *Zoilus*, *Zoophytum*,
& penultima in *Minois*, *idos*, *Bagoas*, *Ache-*
lous, *Deois*, *Enous*, *Lesbous*, *Troas*, *adis*, &c.

ϕ longa sunt propter ϕ, plurima nomina; &
prima quidem in *Clio*, *Spio*, *Prion*, *Thiodamas*;
penultima vero in *Althea*, *Abazea*, *Archias*,
Angias, vel *Angeas*, *Alpheus*, *Arius*, *Bacchius*,
bravium, *choreus*, *centaurea*, *cichorea*, *Darius*,
Odyssea, *Peneus*, *Phoceus*, *Sperchius*, *Spondeus*,
trachea. Adde his multa fœminarum nomina,
sive in ea, ut *Amalthea*, *Alphæsibea*, *Calliopea*,
Cassiopea, *Cymodocea*, *Cytherea*, *Deiopea*, *Gal-*
atea, *Medea*, *Penthesilea*, *Tberpsicorea*; sive
in

in *Ja*, ut *Adrastia*, *Astidamia*, *Deidamia*, *Hippodamia*, *Iphigenia*, *Thalia*. Adde multa nomina artium, vel exercitatorum habituum, ut *angaria*, *antipathia*, *baphia*, *Chiromantia*, *Cleromania*, *dulia*, *Elegia*, *encyclopedia*, *energia*, *entelechia*, *Epiphania*, *Geomantia*, *Hurgia*, *Idololatria*, *ironia*, *litania*, *magia*, *nechromantia*, *peripheria*, *politia*, *pyromantia*, *satrapia*, *sympathia*, quæ per *Ƀ*.

His accedunt nomina locorum, five in *ea*, ut *Apamea*, *Basilea*, *Cæsarea*, *Heraclea*, *Laodicea*, *Neocæsarea*; five in *ia*, ut *Alexandria*, *Arimathia*, *Lisimachia*, *Nicomedia*, *Philadelphia*, *Samaria*, *Seleucia*; five locorum neutra in *eum*, ut *Apogeeum*, *Atheneum*, *Gyneceum*, *Lyceum*, *Mausoleum*, *Museum*, *Odeum*, *Pallaneum*, *Pritaneum*, *Pireum*; five in *ium*, ut *Brephotrophium*, *nosocomium*, *ichthiotrophium*, *ornithotrophium*, *Parthenium*, *xenodochium*, *myropolium*, *thermopolium*, sed in his quando significatur non locus, sed munus, & exercitatio, penultima per *jota* breve effertur, ut in *Episcopium*, *Monolopium*. Adde demum adjectiva in *eus*, & *eum*, quæ male ab imperitis scribuntur cum diphthongo *ae*, esto sint longa ob diphthongum *Ƀ*, ut *Achilleus*, *a*, *um*; *Orpheus*, *a*, *um*; *Prometheus*, *a*, *um*; *Theseus*, *a*, *um*. Item *Apelleus*, *Ariadneus*, *Asclepiadeus*, *Atlanteus*, *Baccheus*, *Bellerophonteus*, *Bereniceus*, *Cleantheus*, *Circeus*, *Ganymedeus*, *Giganteus*, *Jambeus*, *Lycambeus*, *Lynceus*, *Meduseus*, *Oronteus*, *Pelopeus*, *Phaethonteus*, *Simonideus*, *Thyesteus*. Diximus tamen quædam horum communem habere penultimam, quia licet communi dialecto scribantur per *Ƀ*, *Jonice* tamen a Poetis scribuntur per *ɛ*, ut *Boreus*, *Cyclopeus*, *Dedaleus*, *Caucaseus*, *Gorgoneus*, *Hectoreus*, *Hyperboreus*, *Mimalloneus*,

Nestoreus, Pergameus, Pegaseus, Stentoreus, Sisyphus, Tantaleus, Tartareus.

Nota tamen adjectiva a fœmininis scribi diphthongo *ui*, & latine *ae*, ut *Larissæus* a *Larissa*, *Ætneus* ab *Ætna*. Quædam denique resolvi in *ejus*, *eja*, *ejum*, *Semelejus*, *Clymenejus*, *Cybelejus*, *Priamejus*, *Danae-jus*, &c. antepenultima longa.

II. De Vocalibus Ancipitibus *A*, *I*, *Y* ante vocales, in Græcolatinis.

A. Brevis est prima in *aornos*, *aorta*, *aedon*, *Phaon*, & penultima in *Cranaus*, *Danaus*, *Oenomaus*, *Talaus*, *Pasiphae*, *Nausthæba*, *Phocais*, *Thebais*, *Chrysaor*, *Callais*; Longa vero prima in *Aon*, *Aonius*, *Aerope*, *Lais*, *Nais*, *Thais*, *idos*, *Thaygeta*, *Thaygetus*, & penultima in *Amphiaraus*, *Elais*, *Panchaja*, *Ptolemais*, & antepenultima in *Achaja*, tum in nominibus derivatis a *λαός* *populus*, ut in *Laoceon*, *Laidus*, *Laodocus*, *Laicus*, *Laertes*, *Laodamia*, *Laomedon*, *Laodicea*; unde etiam derivantur *Menelaus*, *Iolaus*, *Nicolaus*, *Charilaus*, *Critolaus*, *Philolaus*, *Dorilaus*, &c. penultima longa. Pro quibus tamen Attice substituantur penultima brevi, *Meneleos*, *Nicoleos*, *Charileos*.

Longa item penultima in nominibus in *aon*, ut *Amithaon*, *Crementaon*, *Didimaon*, *Dolychaon*, *Chaon*, *Icæraon*, *laon*, *Lycaon*, *Machaon*, *Parthaon*. Sed communis in *Phaon*. Adjectiva in *aicus* habent *A*, diversæ quantitatatis, prout derivantur a longis, vel brevibus. Brevis est in *Callaicus*, *Phocæicus*, *Thebæicus*, sed longa in *Achæicus*, *Athænaicus*, *Chaldæicus*, *Spondæicus*, *Throchæicus*, *Pharisæicus*. Variant autem *Alcæicus*, & *Judæicus*; licet ab *Alcæo*, ex *Judæa* sint; nimirum *Æoles*
pro

pro *Alcaeus* habent *Alcaos*; sive autem hoc nomen *Nais* fiat *Naias* dissyllabum, sive *Naias* trissyllabum, & in plurali numero *Naides*, vel *Naiades*, trium syllabarum, vel *Naiades* quadrissyllabum, semper primam longam retinet.

i. Brevis est prima in *Iambus*, *Iolchos*, *Iolaus*, *Ialysius*, *Ianassa*, *Iadera*, *Hierapolis*, *Iaon*, *Iapis*, *Iapix*, *Iarbas*, *Hiarbita*, *Iasson*, *Iaspis*, *Iater*, *Ierotheus*, *Hieronymus*, *Iocasta*, *Iolas*, *Iole*, *Iope*, *Ion*, *Iorcus*, *Hierax*, *Hiæna*, *Hieroglyphicum*, *Hierodulus*, *Hieron*, *Hierophanta*, *Hierophilus*. Sed longa in *Iapetus*, *Iasius*, *Iasus*, *Chion*, *Chia*, *Chius*, *Dia Dios*, *Diogenes*, *Lynx*, *Pier*, *Pierus*, *Pierides*, *Phibius*, *Priamides*, *Iasides*, *Ionia*, & communis in *Io*, *Ius*, sic communis in *Iater* medicus.

Brevis item penultima in adjectivis in *oni*us, ut in *Amphionius*, *Arionius*, *Lycaonius*, *Caledonius*, *Machaonius*, &c. & in nominibus Provinciarum, aut Regionum, ut in *Asia*, *Arcadia*, *Græcia*, *Italia*, *Sicilia*, *Sarmatia*, *Thracia*, &c. & plantarum, ut *euphrasia*, *colocasia*, *casia*, *melampodium*, *polypodium*, &c. & in nominibus tum virorum in *Ias*, ut *Lysias*, *Gorgias*, *Etefias*, *Sofias*, *Prusias*, tum mulierum in *a*, ut *Maria*, *Lucia*, *Euphrasia*, *Therasia*, *Theresia*, *Eudofia*, *Anastasia*, sed communis in *Sophia*: longe etiam melius corripiuntur penultimæ artium, vel exercitationum, aut similium per jota scriptæ, nempe *Aristocratia*, *Monarchia*, *Democratia*, *Ecclesia*, *Harmonia*, *liturgia*, *monomachia*, *naumachia*, *philosophia*, *physiologia*, *philologia*, *theologia*, *symphonia*, *terrarchia*, &c. quamvis ob accentum acutum in prosa possint pronuciari tanquam longæ, ubi con-

suetudo non obstat. Adde his multa masculina in *ius*, græce *ios*, ut *Anastasius*, *Arcadius*, *Chronius*, *Eulogius*, *Evodius*, *Gervasius*, *Georgius*, *Eriſthonius*, *Bromius*, *Gregorius*, *Prozastus*, *Theodosius*, vel neutra in *Ion*, ut *Cataſcopium*, *Elogium*, *Encomium*, *Episcopium*, officium *Episcopi*; *Meteroſcopium*, *Monopolium*, off. *Palladium*, *Strophium*; & patronymica in *ias*, *iadis*, ut *Daulias*, *Lesbias*, *Pelias*, *Pythias*. Longam tamen habent penultimam *Ampbion*, *Arion*, *Chius*, *a*, *um*, *Ebion*, *Echion*, *Ethion*, *Nerios*, *Hyperion*, *Homæomeria*, *Ixion*, *Ophion*, *Methion*, & quartam *Oedipodionides*.

In *Academia* vero brevis est, quando significat exercitationem; longa, quando locum, quia tunc scribitur per *ei*. Juxta quosdam in *Sophia* brevis est, sed tamen *Theocritus* produxit, & alii, de quibus noster Index.

Y. Brevis est prima in *Hyacinthus*, *Hyosciamus*, *Hyana*, *Hyantbeus*, *Hyas*, *adis*, *Hyalus*, *Hyampolis*, *Hyarbas*, sed longa in *Cyane*, *Cyaneus*, *Myurus*, *Thyas*. Brevis item secunda in *Euryalus*, sed longa in *Enyo*, *Enyalius*.

III. De Vocali ante Vocale in Dictionibus Hebraicolatinis.

2. Vocalis ante Vocale in nominibus Hebraicolatinis corripitur debet, si Hebraice per *se-gol*, aut græce per *e* scribatur, ut prima in *Negmias*, & penultima in *Bersabee*, *Berthelem*, *Mallaleel*, *Phacee*, *Phinees*, *Zebee*, *Simeon*; vel si Hebraice sit per *Kametxcharuph*, seu græce per *omicron*, ut in *Noema*, *Booz*.

Contra producenda est, si Hebraice per *Tzere*, vel *Kireckgadol*, seu græce per *η*, ut in *oke*, vel *φ*, ut in *Samaria*; vel si hebraice

ce per *Cholem*, vel græce per *ω* scribatur; sic producenda est prima in *Moyſes*, *Moab*, *Noe*, *Noemi*, & ſecunda in *Eloim*, *Seboim*, *Siloa*, vel *Siloe*.

Quod ſi vocalis ante vocalem in hebraicis nominibus habeat unam ex græcis ancipitibus, melius erit ſequi radicalem quantitatem hebraicarum vocalium, quo modo recte a quibusdam productam inuenies penultimam in *Capharnaum*, *Eſau*, *Iſmael*, *Iſrael*, *Michael*, *Pharao*, quia illud *A*, hebraice per *Kametz* ſcribitur, eſto alii ob nimis reconditam, & abſtruſam rationem quantitatis hujus, illis utantur, perinde ac mere Latinis, & vi vocalis ante vocalem producant. Idem evenit in vocali, *I*, ante vocales; nam in nominibus *Jefus*, *Jacob*, *Joannes*, *Jofias*, *Job*, *Joſeph*, licet iis uti tanquam græcis, & corripere *I*; licet tamen, & forte eruditioris eſt ſtyli, cum ſequente vocali unam ſyllabam facere, ut diphthongum hebraicam imiteris. Penultima vero in nominibus in *ias*, ut in *Ananias*, *Amafias*, *Azarias*, *Iſaias*, *Jeremias*, *Ezechias*, *Abdias*, *Banaias*, *Elias*, *Zacharias*, *Matthias*, *Marathias*, *Saruias*, &c. tribus modis uſurpari poteſt, vel ſequendo diphthongum hebraicam, & unam ſyllabam faciendo ex *I*, & ſequente vocali: hic eſſet optimus, idemque faciendum eſſet in *Benjamin*, & *Leviathan* triſſyllabis, & in *Berzelai*, *Sarai*, *Iſai*. Vel poteſt græco more ob jota ante vocales corripri, ut *Lyſias*, *Gorgias* a Græcis corripitur: vel quod imperitis indulgeri ſolet, poteſt produci, ſi accentum ibi habeant; ſed hic tertius modus minime omnium probatur. De *Gabaon*, *Saul*, & aliis conſule Indicem noſtrum. Demum nomina in *uel*, ut *Emmanuel*, *Phanuel*, *Gelbuel*, cum græce ſint per *ω*, produci poſſunt in penulti-

ma, quamvis & corripere posse concedat Emmanuel Alvarus, idem ergo concederet in *Raguel*, *Samuel*, licet desinant grece in $\sigma\eta\lambda$, sed melius producuntur.

Reg. VII. De Derivatis.

Derivata sequuntur quantitatem primitivorum, a quibus derivantur, quotiescunque non extat manifesta exceptio in contrarium apud Poetas probatos.

Sic brevis est prima in *amicus*, *pavidus*, *avitus*, quia brevis prima in *amo*, *paveo*, *avus*; longa vero in *maternas*, *nativus*, *pavimentum*; quia longa in primitivis *mater*, *natus*, *pavio*.

Exceptiones quatuor.

1. Brevem habent primam, licet in primitivis sit longa, *arena*, & *arista* ab *areo*, *acerbus* ab *acer*, *charistia* a *charus*, *curulis* a *curia*, *dicax* a *dicendo*, *disertus* a *dissero*; *Ducis*, *dusi* a *duco*, *fatuus*, si a *fatu*, potius quam a $\phi\acute{\alpha}\gamma\omega$, *fragilis*, & *fragor* a *frango*, *figulus* a *figo*, *frigidarium* a *frigidus*, *glomerio* a *glomus*, *labefacto* a *labe*, *lucerna* a *luceo*, *mamilla* a *mamma*, *molestus*, si a *mole*, potius quam a *molo*, *motacilla* a *motu*, *noto*, *notas*, & *nota*, *note*, a *notus*, *odium* ab *odi*, *osella* ab *ossa*, *pugil* a *pugno*, *pussillus* a *pusione*, *quassillus* a *quallo*, *quater* a *quatuor*, *sabini* a *sabo*, *sagax* a *sagio*, *gis*, *scapule* a *scapus*, *selibra* a *semilibra*, *stabilis* a *stabam*, *stringilis* a *stringo*, *titulus* a *tutando*, *tagax* a *tango*, *vitium* a *vitando*, *vadam*, & *vado*, *das*, a *vadendo*.

2. Brevis est penultima, licet a primitivis longis in *agnitus*, & *cognitus* a *notus*, *blanditiae* a *blanditus*, *deiero* & *peiero* a *juro*,

extimus ab *extremus*, *indagus* ab *indago*, *nilum* a *nilum*, *naufragus*, *ossifragus*, *saxifragus*, &c. a *frango*, *pronubus*, *innubus*, *subnubus* a *nubo*, *causidicus*, *fatidicus*, *maledicus*, *veridicus*, &c. a *dicendo*, & *secunda* in *verecundia* a *verecundus*, *sempiternus* a *sempaternus*, *Quintilianus*, & *Quintilius* a *Quintili*, *Sextilianus* a *Sextili*, *seviria* a *sevitum*, *servitus* a *servitum*, *Phœniceus* a *Phœnicia*.

3. Longam vero primam habent, licet in primitivis sit brevis, *Ceritus* a *Cerere*, *Chius*, *a*, *um*, ab *Insula Chios*, *cubus* a *cubando*, *deni* a *deceni*, *dolium* a *dolando*, *Ebostita* ab *Ebosus*, *feria* a *ferio*, *fluvidus* a *fluo*, *fomes*, si a *foveo* potius quam a *fovi*, vel *fomentum*, *humanus* ab *homine*, *humidus*, & *humor* ab *humo*, *jagerum* a *jugo*, *jumentum* a *juvo*, *Juno* a *juvando*, *junius*, & *junior* a *juvene*, *penuria* a *penu*, sed ob *crasin*, *jocundus* a *joco*, *laterna* a *latendo*, *Labicanus* a *labico*, *litera* a *litum*, vel a *litura*, *ligula* a *ligo*, *macero* a *macer*, *nonus* a *novenus*, sed ob *crasin*, *pedor* a *pedibus*, *regula*, & *Rex*, *Regis* a *rego*, *pecunia* a *penu*, *remus* a *remeo*, *seculum* a *sequor*, *secius* a *secus*, *sedes* a *sedeo*, *solemnis* a *soleo*, *staturus*, & *statura* a *statu*, *sumen* a *sue*, *tegula* a *tego*, *tomentum* a *τῶμα*, *trecenti* a *trecentis*, *vena* a *venio*, *vi-res*, si a *vireo*, *vomer*, si a *vomendo* *terram*, *vox*, *vocis*, & *vocalis* a *voco*, *cas*, *lex*, *legis*, si a *lego*, *legis*, potius quam a *lego*, *legas*.

4. Longam habent secundam, quamvis brevis sit in primitivis; *ambitus*, *ta*, *tum*, ab *ambitu*, *comitium* ab *itum*, *constaturus* a *statu*, *diutius*, & *diutinus*, si a *diurnus*, *lemuria* a *lemures*, *notius* a *novitas*. Controversia vero est de *affatim*, si a *fatu*, *connubium* a *nubo*,

corrigia a *corrigo*, *feralis* a *ferus*, *gradivus* a *gradu*, *naufragium* a *frango*, *suffragium* a *fragore*, *preputium* a *puto*, *prevaricor* a *varica*, *suspicio* a *suspikor*; de quibus consule *Indicem nostrum primum, aut secundum.*

Reg. VIII. de Analogia.

A Nalogia est proportio, aut similitudo proportionis, cujus ope venamur syllabæ quantitatem aliunde ignotam ex similibus præcognita quantitate.

Sic penultimam longam dicimus in *Boleslaus*, *Ladislaus*, *Primislaus*, *Stanislaus*, quia etsi defunt exempla horum, tamen in similibus longam novimus in *Menelaus*, *Iolaus*, &c. & brevis est in *dextimus*, *sinistimus*, *terrinus*, *nucinus*, *laurinus*, quia constat esse brevem in similibus superlativis, *simillimus*, *optimus*, *peffimus*; & in adjectivis ab inanimatis in *inus*, ut *adamantinus*, *oleaginus*, *faginus*; circumspectione tamen opus est, ne nos soni similitudo decipiat.

Reg. IX. De Necessitate Metrica.

E Venit aliquando, ut genus aliquod carminis non sit capax alicujus dictionis, si ejus genuina quantitas retineatur; tunc autem, si dictione æque eleganti, aut apta ad significandum careamus, necessitas metri cogit mutare syllabæ quantitatem potius quam obscura, aut frigida circumlocutione uti.

Porro inter alios casus necessitatis metricæ, duo sunt præcipui. Primus cum plures quam duæ breves concurrunt in Hexametro, aut Pentametro; tunc enim produci potest vel prima, vel secunda, vel tertia. Prima, ut in *Arabia*, *Arabicus*, *Asiacus*, *Asida*, *Catholicus*, *Italia*, *Italus*, *Hilarius*, *malitia*, *Paphia*.

phiacus, Philosophus, Polydamas, Priamides, Procopius, reliquæ, religio, Sicanius, Sicelides, pugilibus, strigilibus. Secunda vero producta invenitur in canicula, cuniculus, cuticula, Genesis, Leodochus, novitius, sacrificium, Theophilus, Theophila; & tertia in Bonifacius, Hilarion, Macedonia, Tannaiticus, dederitis, tuleritis, poterimus, fecerimus; & quarta in Arctophylaca, transieritis, contuleritis, contigeritis.

Super hac necessitate pulchre lusit Martialis lib. 9. epi. 8. in nomine Earinus, cuius prima brevis, quia scribitur per ε, sed necessitate longa; ait enim:

*Nomen nobile, molle, delicatum,
Versu dicere non rudi volebam;
Sed tu syllaba contumax repugnas;
Dicunt Έ'ε'ε'ε'ov tamen Poeta,
Sed Græci, quibus est nihil negatum,
Et quos α'ps, α'ps decet sonare.
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus severiores.*

Ubi alludit ad Homer. qui 5. Iliad. in eodem uno versu primam semel produxit, ac mox corripuit in Martis nomine α'ps: idemque fecit in α'ν'ρ, & Theocritus in κ'λ'δ's, & S. Gregorius Nazianz. in α'μ'ν forte obliquas λ, μ, ν, ρ.

Secundus necessitatis casus est, cum syllaba brevis inter duas longas clausa, versum ingredi nequit, nisi producat: idcirco productam reperire licet secundam in Archimedeus, Architectus, delibutus, lucrifecit, matricida, pædagogus, parricida, syllogismus, torcularia, Vaticanus; quanquam in tali casu alii maluerunt subsequenter longam brevi corripere, nempe tertiam in legirupa, plaustrilucus; & penultimam in præteritis condiderunt, consti-

terunt, contulerunt, amaverunt, adfuerunt, defuerunt, excierunt, institerunt, imbuerunt, impulerunt, miscuerunt, occiderunt, palluerunt, profuerunt, prodiderunt, transtulerunt.

Licebat sane Ovidio idem facere in *Tuticanus*, & secundam de se brevem producere, maluit tamen verecundo lusu docere nos, quam parce utendum sit in versione quantitatis etiam in nominibus propriis. Sic enim lib. 4. de Pont. eleg. 12. cecinit:

*Et pudeat, si te qua syllaba parte moratur,
Arctius appellem, Tuticanumque vocem,
Nec potes in versum Tuticani more venire,
Fiat ut e longa syllaba prima brevis.
Aut ut ducatur, que nunc correptius exit,
Et sit porrecta longa secunda mora.*

*His ego si vitiis ausim corrumpere nomen,
Ridear, & merito peccus habere neger.*
Eadem verecundia Horat. lib. 2. Sat. 5. abstinuit ab exprimendo oppiduli cujusdam nomine proprio dicens:

Mansuri oppidulo quod versu dicere non est.

Reg. X. De Licentia Poetica.

Licentia Poetica est, cum a quantitate debita syllabæ receditur absque ulla necessitate. Etsi autem in fingendis fabulis consimilibus, aut in metaphoris verum est, quod ait Horat. in Art.

Pictoribus, atque Poetis

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Id tamen haud intelligendum est de metrica quantitate, ne iam nominibus quidem propriis, quidquid de his senserint Serv. i. Æn. in *Sichæo*, Nicolaus Ferrettus, Robertus Guagius, Georgius Valla; contra quem abusum nominum priorum pro libito adhibitorum vide Varronem seculi præcedentis, ut eum

Lipſius vocat, nempe Liliſium Gregorium Giraldum Dial. 4. de Poetis. Sed Seruius ſe ipſe correxit, dum dixit: In *Licentia* magis inventis, quam inveniendis utimur: & ſcite Terentianus Maurus cecinit.

Nec tanta in metris venia conceditur uti.
Eleganti tamen licentiâ correptam leges ſecundam in *dederunt*, *ſteterunt*, *tulerunt*, per figuram Ecſtaſin; de aliis licentiis vide Indicem, & cum magna verecundia illis utere, imitando potius primæ claſſis, quam quovis alios Poetas, ut ſi penultimam corripias in *ſteterunt*, & *tulerunt*, cum Virgilio in *potuerunt*; cum Laberio in *invenerunt*, cum Varrone in *ſumpſerunt*, cum Auſtore Trochaici apud Sueton. in Cæſ. 180. in *emerunt*, &c.

Reg. XI. De Syllaba Communi.

Communis ſyllaba, hoc eſt, modo brevis, modo longa evadit modis octo.

1. *Primus* eſt, ſi ſit ultima carminis ſyllaba, juxta illud axioma proſodiacum.

Ultima cujuſque eſt communis ſyllaba verſus.

2. *Secundus* eſt privilegio mutæ, & liquidæ, juxta tamen dicta in exceptione Reg. 2. & in Appendice ad eandem exceptionem.

3. *Tertius* nititur exemplo probati Poetæ eandem ſyllabam modo corripientis, modo producentis, ſive idem ſit, ſive diverſus Poeta. Quomodo penultima in nomine *Batavus* correpta eſt a Lucano l. 1. dicente:

Vangiones, Batavique truces, quos ære recurvo.

Producta vero eſt a Juven. Sat. 8. dicente.

Hic petit Euphratem juvenis, domitique Batavi.

4. *Quartus* eſt vis Cæſuræ non ſolum in Hexametro, & Pentametro, ſed etiam in aliis

versibus; & in Hexametro quidem Emmanuel colligit exempla, primum post primum pedem ex Virg. 4. & 11. Æn. & ex Juv. Sat. 6. quæ eodem ordine sunt hæc:

Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Oratis? equidem & vivis concedere vellem.

Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali?

Deinde post secundum pedem ex Æn. 2. 5. & 10. tum ex Martial. l. 7. & 14. quorum ordo est hic in *obruimur, Euryalus, caput, tuus, dives.*

Nostrorum obruimur, oriturque miserrima cedes.

Emicat Euryalus, & munere victor amici.

Nam tibi Tymbre caput Evandrius abstulit ensis.

Maximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est.

Det tunicam dives: ego te præcingere possum.

Postea addit exempla Cæsurae productæ post tertium pedem ex Æn. 3. & 5. & 12. quæ sunt hæc ordinatim in *gravia, pariter, pater.*

Dona dehinc auro gravia, sectoque elephanto.

Ostentans artem pariter, arcumque sonantem.

Congredior, fer sacra Pater, & concipe fœdus.

Denique post quartum pedem ex Ecl. 6. ex 2. Georg. & ex 10. Æn. quæ sunt hujusmodi eodem ordine in *fultus, gravidus, profugus.*

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Muneribus, tibi pampineo gravidus Autumno.

Grajus homo infestos linquens profugus hyemæ eos.

In Pentametro autem sufficit exemplum Martial. lib. 6.

Meque finis omnis, me manus omnis habet.

Ubi ante consuetam Cæsuram prioris semipentametri vide statim post primum pedem alteram Cæsuram, & vi illius productam ultimam in dictione *Sinus*: nam de productis

in

in consueta Cæsura vide, quæ dicentur Par.
6. n. 17.

5. Quintus modus, si dictio terminetur vocali longa, aut diphthongo, sed sequatur dictio incipiens a vocali, & loco Synalæphes fiat Dialæphe: tunc enim præcedens vocalis, aut diphthongus retinere possunt suam longitudinem, aut privilegio vocalis ante vocalem corripi. Utriusque exempla sunt; retentæ quidem longitudinis apud Virg. Ecl. 3. & 6. & Georg. 1. & Æn. 4. hoc ordine in pecori, juniperi, castaneæ, eoe, fæmineo.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Stant & juniperi, & castaneæ hirsutæ.

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Lamentis, gemituque, & fæmineo ululatu.

Sic Juven. Sat. 2. in Verri.

Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?

Brevis autem syllabæ alioquin producendæ exempla sint in Virgilio Ecl. 8. & Æn. 3. & 5. in qui, Insulæ, Illo.

Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

Insulæ Jonio in magno, quas dira Celeno.

Victor apud rapidum Simoenta sub Illo alto.

Sic Horat. lib. 1. Sat. 9.

Si me amas, inquit, &c.

tibi si me a, est Dactylus.

Sic Propert. lib. 2.

Tu quoque o Eurition vino Centaure peristi.

Et Priscian. in Dionys.

Nunc nobis magno sunt Insulæ ore canenda.

Sed quod mirum est, eodemmet versu Virgilitum Ecl. 6. tum Georg. 1. Dialæphe usus modo longam retinuit vocalem, modo ob sequentem vocalem corripuit, & in primo quidem versu, eodem usus nomine Hyla.

Clamassent, ut litus Hyla, Hyla omne sonaret.

Glauco, & Panopea, & Inco Melicertæ.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossan.
 Quibus exemplis, ut & Cæsura producta non debent uti Tirones in suis versibus construendis, sed tantummodo in metiendis aliorum Poetarum Carminibus, ut subsidio cæsurae, aut dialœphes sciant se ex hujusmodi modis expedire. Sic præpositio *præ*, & *me*, *te*, *se* in compositione sequente vocali variantur.

6. *Sextus* modus est, cum imitatione Græcorum particulae monosyllabæ, *et*, *que*, *ve*, &c. hoc ipso, quod monosyllabæ sunt, aliquando produuntur, quamvis alioquin, & ordinarie breves sint. Sic Juven. produxit *et*, Sat. 6.

Et animam, & mentem cum qua Dii vocæ loquantur.

Particulam vero *que* Virgilius non semel produxit, ut *Æn.* 3. & 12.

Liminaque, laurusque Dei, totusque moveri.

Chloreaque, Sybarimque, Daretaque, Therpsilocumque.

Et Ovid. 5. *Metam.*

Sideraque, ventique nocent, avideque volucres.

Græcorum exempla producentium particulas τὲ, μὲ, ᾄ, πῆ, &c. vide apud Gretserum nostrum c. 28. Profodiæ græcæ.

7. *Septimus* modus oritur ex necessitate poetica, de qua satis Reg. 9.

8. *Octavus* tandem est libertas licentiæ poeticæ, de qua tamen vide Reg. 10. & recurre ad Systolem, vel Diastolem, de quibus Parte 6.

9. *Nonus*, qui peti posset ex variis exceptionibus, in quibus diximus, aut dicemus, syllabas aliquas variari, non pertinet ad communem aliquam Regulam, sed ad singulares exceptiones.

Reg. XII. De Syllaba Incerta.

Incertam Syllabam voco, quando quantitas ipsius nulla sive generali, sive speciali Regula discerni potest, sive ob novitatem nominis ne Analogia quidem cum similibus nominibus comparabilis, ut videtur esse nomen Urbis *Cangoxima*. Igitur in tali casu, qui perraro accidit, censeo tutius hujusmodi syllabam corripere, quam produci. Ratio est, quia syllaba longa requirit moram duorum temporum, atque adeo nescio quem majorem conatum in sui pronuntiatione, quæ mora non est sine necessitate multiplicanda, cum quam expeditissime unusquisque cupiat loqui. Hinc etiam factum puto, ut maxima pars Regularum de media Syllaba præcipiat, ut quælibet vocalis ante quasvis consonantes simplices corripatur, nec illæ, quæ producendæ, sub Regula generali militent, sed rejiciantur in exceptiones. Adde ex Terentiano Mauro cap. de Pedibus, brevem syllabam natura sua priorem esse quam longam: ait enim in Throchaicis sic:

*Ante enim breve est creatum, redditum
longum dein,*

*Sicut unum numerus, antequam secundum
prodidit.*

Finis Secundæ Partis.

PARS

P A R S T E R T I A .

Regulæ Speciales Primæ
Syllabæ .

Primæ Syllabæ quantitas discernitur vel per
Generales Regulas Parte II. explica-
tas, vel per Speciales, quæ
sunt sex infra-scriptæ .

Reg. I. De Præteritis Geminantibus.

PRæterita geminantia primam syllabam
brevem habent.

Ut *cecidi* a *cado*, *cecidi* a *cædo*, *cecini*,
cucurri, *didici*, *fefelli*, *momordi*, *pependi*,
peperci, *peperi*, *pepigi*, *pepuli*, *poposci*, *pu-
pugi*, *sponondi*, *terendi*, *terigi*, *teruli*, *toton-
di*, *tutudi*.

Eorundem secunda brevis est, nisi obstet
positio, ut in *cucurri*, & in *fefelli*, *sponon-
di*, *totondi*, &c. vel diphthongus latens ex
primitivo, ut in *cecidi* a *cædo*, & *pepedi* a
pædore. Ennius necessitate metri produxit se-
cundam in *detotondi*; invenitur tamen etiam
pendi, & *tendi*, sicut & *fescidi* pro *scidi*, de
quibus consule Indicem nostrum.

Reg. II. De Præteritis Dissyllabis.

PRæterita Dissyllaba priorem longam ha-
bent.

Ut *cavi*, *favi*, *fovi*, *flavi*, *flevi*, *flevunt*,
flarunt, *fregi*, *fudi*, *lavi*, *legi*, *lasi*, *movi*,
morunt, *novi*, *norunt*, *pavi*, *rasi*, *rosi*, *rivi*,
scabi a *scabo*, *scidi* a *scido*, vel *cado*, *sci-
vi*,

vi, sedi, stravi, trivi, veni, vici, vidi. His adde præterita illa prisca *lavit, nuvit, pluvit, ruvit, suvit*, ad differentiam temporis præsentis solita produci.

Exceptio.

Corripitur tamen prior tum in sex his *bibi, dedi, fidi, a findo*, non a *fido, scidi a scindo, steti, tuli*; tum si vocalis sit ante vocalem, ut in *fuit, iit, luit, pluit, ruit, suit*, præteritis usitatoribus; *juvit* autem apud Catullum brevem habet primam, apud alios longam.

Appendix duplex.

1. Inter præterita correptæ prioris, quidam suspicantur esse *lavi*, eo quod Horat. 1. serm. sat. 5. dixerit.

Ora, manusque tua lavimus, Feronia, lympba. Sed ibi *lavimus* est præsentis temporis a *lavo*, *lavis* tertiæ declinationis: unde *lavere* pro *lavare*, & passivum *lavi* pro *lavari* legimus apud Nonnium. Sic Lucret. l. 2.

Littoris incurvam bibulam lavit equor arenam.

Et Virg. 3. Æn.

Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem.

Et Gratius de Venatione.

His lave præsidii, adfectaque corpora mulce.

Et Serenus de Medicina.

Si vero lavitur, seu vis epota veneni.

At si esset præteritum, produceretur: sic *sonit* ab antiquo *sono, sonis*, præsentis est temporis.

2. Ambrosius Calepinus olim, antequam corrigeretur, sequutus Nestorem Novariensem, primam in *liqui* communem censuit ob verbum illum Virg. 4. Æn.

Namque suam patria liquerat tellure sepultam.

At

At codices correctiores habent:

Namque suam patria antiqua cinis ater habebat.

Potius ad rem facit *juvit* ob versum illum Catulli de coma Berenices:

Non, ita me Divi, vera gemunt, juverint.
 Quam lectionem recipiunt ex manuscripto Regiensi anni 1481. Joseph Scalig. & Gerardus Vossius lib. 1. de Art. Grammat. cap. 22. Est Julius Scalig. lib. 1. de causis Lat. Ling. c. 25. & lib. de Comicis dimensionibus, & Valens Acidalius in Divinationibus Plautinis, pro *juverint* legant *iverint*, in quo tamen recurreret difficultas, cum *ivi* sit præteritum dissyllabum.

Reg. 3. De Supinis Dissyllabis.

SUPINA Dissyllaba priorem longam habent.
 Ut *cretum, casum, citum a cio, cusum, esum, fotum, fusum, fletum, flatum, latum, lusum, lotum, lutum, motum, notum, netum, nutum, rasum, risum, rosum, spretum, sputum, stratum, tritum, rrusum, rrusum, visum, votum.*

Exceptio.

Corripitur tamen prior in his novem, *ciatum a cieo, datum, itum, litum, quitum, raturum, rutum, sacum, situm*; a verbis *do, eo, lino, queo, reor, ruo, sero, sino*: communis est autem prior in *statum a sto*; nam ex adverbio *statim*, & ex brevitate penultimæ in *præstitum* colligitur brevem habuisse in *statum*; longam quoque habere docent nos versus Lucani in *constatura*, & *statura*, & Statii in *obstatura*, & Martialis in *constatura*. Vide Indicem nostrum.

Reg. IV. De Præpositionibus Monosyllabis.

Præpositiones monosyllabæ vocali terminatæ longæ sunt tam in compositione, quam extra : nempe *A, E, De, Di, Se, Tra*, ut in *amovet, educat, deducit, dimovet, separat, traducit*.

Exceptiones Tres.

1. Corripitur *Di* in *dirimit*, & in *diferus*, & *a* in *aperi*, & in compositis græcis, ut in *apathos, arbeos, &c.*

2. *De*, & *Præ* sequente vocali communes sunt : sic in Indice nostro discas breves esse in *dehisco, deinde, deosculor, præacutus, præeunte, præustus*; longas autem in *dehortor, deest, deorsum*, nisi (ut non raro fit) *De* cum sequente vocali coeat in unam syllabam ; at *co* pro *con* sequente vocali corripitur, ut in *coortus, coopertus, coemit, coegit, coactus, coagulum, cooptat, coire, coinquinat, coactor*.

3. Præpositio *Pro* in græcolatinis, ut in *Propontis*, plerumque corripitur, in mere Latinis varia est, adeo ut videatur communis : consule Indicem nostrum : in *Propago* tamen, quando significat vitis brachia, producitur ; quando significat genus, corripitur ; quando verbum est, communem habet primam ; sequente autem vocali, corripitur, ut in *prohibet, proavus, proin, proinde*, nisi vi Synæresis coeat cum ea vocali in unam syllabam : in *Prologus, propino, & Proserpina*, licet græca sint, variatur.

Appendix.

Dilemma primam corripit, sed ibi *di*, non est

est præpositio; significat enim quod latine *bi*, ut in *dicolos*, *dichoreus*. Prudentius verò erravit corripiens primam in *Egregius*.

Reg. V. De reliquis Monosyllabis.

1. **S**I terminentur consonante brevi, breves sunt, nempe *ab*, *ad*, *in*, *ob*, *per*, *sub*, ut in *abigit*, *adimit*, *ineunt*, *obambulat*, *perimit*, *subigit*.

2. Si terminentur vocali, plerumque longæ sunt, ut in *ilicet*, *scilicet*, *quilibet*, *qualibet*, *pridie*, *pridem*, *neve*, *nequando*, *nequis*, *nequicquam*, *nequaquam*, *nedum*, *nequitia*, *nequam*, *nimirum*; & in *neuu* pro *non*, *sicubi*; item in *binus*, *bimus*, *trimus*, *trinus*, *tricens*, *tricesimus*, *triginta*, *trinacria*; item *biga*, *triga*, *mecum*, *tecum*, *secum*, *sedecim*, *sedecies*, *vepallidus*, *vecors*, *vesapus*.

*Exceptiones due Secundæ Partis
Regule Secundæ.*

1. Corripitur *Bi*, & *Tri* in reliquis compositis, ut in *bifidus*, *trifidus*, *tridens*, *biceps*, *triceps*, *binomen*, *trinodis*, *biformis*, *triformis*, &c. deinde *ne* quando non est prohibitiva, sed copulativa, ut in *neque*, vel *cum* significat *non*, ut in *nefandus*, *nefastus*, *nefarius*, *nefas*, & prima in *equidem*, ac *siquidem* composito.

2. *Me*, *te*, *se*, pronomina sequente vocali in compositione communia sunt; at *cum*, & *quam* in compositis elidi possunt per synalœphen, vel retineri, vel corripri, ut ex Indice nostro disces.

Reg. VI. De Prima Syllaba generaliter.

Prima syllaba, nisi obstat positio, diphthongus, aut vocalis natura sua apud Græcos, Hebræosve longa, aut Regulæ quinque præcedentes hujus partis tertiæ, aut denique exempla probatorum Poetarum, brevis est. Quare prædictis Regulis non opitulantis, & deficiente exemplo, tutius corripitur, quam producitur; non est enim multiplicanda mora, & difficultas in pronuncianda syllaba, nisi ex manifesta causa.

Finis Partis Tertie.

PARS QUARTA.

Regulæ Speciales Ultimæ Syllabæ.

In Specialibus Ultimæ Syllabæ Regulis tradendis, percurremus prius Vocales, deinde consonantes.

Reg. I. De A.

A Finita longa sunt. Sic *ama, da, ara* verbum, *antea, a, citra, circa, erga, extra, infra, intra, interea, juxta, præterea, propterea, supra, ea, illa*, si sint adverbia, *recta* adver. *una* adv. *postilla*, & *postidea* adv. Sic & ablativi omnes, ut *terra, aqua*, imo & vocativi omnes, sed a nominativis in AS, ut o *Atla, o Ænea, o Andrea, o Calcha, o Luca, o Lycida, o Menalca, o Thoma*.

Exceptiones Quatuor.

1. Corripiuntur *ita, quia, & puta* adverbia; variantur autem *eja, contra, frustra, postea, ultra, alleluja*; quamvis *postea, & eja* plerumque corripiantur; *contra* vero, *frustra, & ultra* sæpius producuntur; quod & melius fieret in *alleluja*, cum hebraice scribatur per *Kamets*. Prudentius tamen corripuit.
2. Adverbialia *apprima, acerba, multa, transversa, &c.* pro *apprime, acerbe, multum, transverse, &c.* corripiuntur.
3. Numeralia in INTA communia sunt, ut

ut triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta.

4. Corripiuntur omnes casus in A, (demptis ablativis, & vocativis, sed his a nominibus in AS) ut *Musa*, o *Musa*, *Poeta*, *sidera*, *tempora*, *numina*; quibus adde innumerabiles accusativos singulares græco more in A, quos Latini in EM, aut Um declinant, ut *Agamemnona*, *Ariona*, *Agatoclea*, *accipensera*, *Amaryllida*, *Castora*, *Cephea*, *Chirona*, *Cerbermona*, *Deucaliona*, *Eurysthea*, *Giganta*, *Gorgona*, *Hectora*, *Idomenea*, *Idmona*, *Ichneumona*, *Lacedæmona*, *Lycaona*, *Lycorida*, *Memnona*, *Minoa*, *Medonta*, *Machaona*, *Morphea*, *Nestora*, *Orphea*, *Oriona*, *Opunta*, *Palæmona*, *Persea*, *Phæthonta*, *Pallanta*, *Pallada*, *Protea*, *Phyllida*, *Salmonea*, *Symplegada*, *Syringa*, *Sphynge*, *Styga*, *Thesea*, *Tritona*, *Troada*, &c. Adde item Vocativos a nominibus in ES, ut o *Atreida*, o *Orestes*, o *Æta*, o *Thyesta*.

Appendix Triplex.

1. Nominativi fœminini in A, producuntur aliquando a Poetis vel ratione cæsura, vel sequente in principio dictionis proximæ duplici consonante, ut dictum est i. Par. Reg. 12. Append. 4. vel quia cum sint græcolatina, Ionica Dialecto terminantur per n, quod est longum, potius quam per a. Hac ratione longam habent ultimam apud Ovidi i. *Fast.* *Amalthea*, & *Factor.* 4. *Electra*, & in *Epist.* *Hypermnestra*, & 13. *Metam.* *Heouba*, & in *Epist.* *Phedra*, & 4. *Factor.* *Rhea*. Sic apud *Stat.* 3. 4. & 6. *Thebaid.* *Tegea*, *Nemea*, *Malea*, & apud *Juvenc.* *Maria*; iterum apud *Ciceronem* *Electra*. At in appellativis fœmininis in A, latini ultimam corripiunt, si non

sint ablativi, etiam si græce pro A sit η , ut in *fama*, *machina*, *plaga*, $\phi\acute{\iota}\mu\eta$, $\mu\eta\chi\alpha\acute{\nu}\eta$, $\pi\lambda\eta\gamma\eta$. Dores enim terminant eos in A.

2. Propter Encliticam *que*, acuendo penultimam, ausus est eandem producere Prudentius in Symmachum dicens:

Mimica, reddendaque suis solemnia Calvis.
Et Ausonius Epigr. 90.

Odit utraque, aliud da modo consilium.
Et Epist. 1.

*Et placuisse reor geminis gratibus, ut se
Non festinato tempore utraque daret.*

Cæsurae autem ope Ausonius produxit ultimam in *quia*, de Professionibus in Sapphico illo:

Sed quia nostro docuere in vivo.

3. In ablativo eadem, male quidam putant correptum A, ob illud Virg. 10. *Æn.*

*Una, eademque via sanguis, animusque
sequuntur.*

Et Calphurnii 4. *Ecl.*

*Rupe sub hac eadem, quam plurima pinus
inumbat.*

Sed utrobique est spondeus vi synæresis.

In illo autem Virg. *Ecl.* 6.

*Clamassent, ut litus Hyla, Hyla omne so-
naret.*

In posteriori corripitur ob sequentem vocalem, neglecta synalæphe.

Reg. II. de E.

E Finita corripiuntur.

Sic *conclave*, *cubile*, *carmine*, *cape*, *fi-
sile*, *jure*, *nobile*, *Pregeste*, *strage*, *strue*,
tabe, *ille*, *ipse*, *iste*, *aspice*, *dicite*, *fecisse*,
zulere, *scribere*, *ante*, *ecce*, *euge*, *deinde*,
denique, *exinde*, *forte*, *fortasse*, *facile*, *ber-
cle*, *impune*, *inde*, *here*, *prohibere*, *mehercu-
le*, *mage*, *magnopere*, *mane*, *nempe*, *nimio-
pere*,

*pere, pene, perinde, pone, proinde, quippe, rite, sape, sine, sponte, sive, subinde, tan-
topere, volupe, unde, utpote; & adverbialia
dulce, sublime, suave, pro dulciter, subli-
miter, suaviter; & Encliticæ, aut syllabi-
cæ adjectiones, que, ve, ne: interrogative
ce, te, pte, pse, ut in utraque, siccine, dex-
trave, hisce, tute, suapte, reapse.*

Exceptiones sex.

1. Producentur præpositiones *E, DE, SE,*
& pronomina obliqua *me, te, se,* & prohi-
bitiva *ne,* & interjectiones *ohé,* & *pappe;*
variatur autem *feré.*

2. Producentur adverbia a nominibus se-
cundæ declinationis profecta, ut *affabre, a-
vide, assidue, belle, caste, cupide, docte, e-
gregie, eximie, ægre, ficte, Getice, Græce,
late, longe, mature, minime, optime, oppor-
tune, parce, pessime, placide, propere, recte,
sane, sancte, stulte, secure, tacite, tarde,
tempestive, timide, temere pro temerarie, val-
de pro valide; bene tamen, & male corri-
piuntur; variant vero inferne, & superne,
licet melius producantur; ferme autem, &
apprime producentur.*

3. Producentur Imperativa singularia secundæ
conjugationis, ut *ave, abstine, adhibe, ado-
le, cie, coerce, doce, exerce, fove, fle, gau-
de, habe, jace a jaceo, imple, indulge, jube,
luge, luce, mone, move, ne a neo, pave,
pende a pendeo, prohibe, perhibe, file, suade,
sustine, tace, tene, time, torque, vove.*

Variant tamen *cave, salve, vale, vide, nec-
non responde,* quia producitur, si a *respon-
deo, des,* corripitur, si a *respondo, dis,* idem-
que dic de *ferve, fronde, fulge, resplende,
stride, terge,* prout deducuntur vel a *fer-*

veo, frendeo, fulgeo, resplendo, strideo, tergeo, vel a fervo; frendo, fulgo, resplendo, strido, tergo; sic cave, connive, ride, scate, fuge, a cavo, connivo, rido, scato, quæ tamen & secundæ, & tertiæ fuisse ostendit Voss. lib. 3. de Analogia cap. 35. Sed salve melius producitur.

4. Producentur nomina quintæ declinationis, ut *acie, carie, congerie, die* cum derivatis *hodie, pridie, postridie, perendie, quotidie, facie, glacie, illuvie, materie, mæcærie, macie, munditie, re*, cum *quare, rabie, requie, spe, scabie, specie, serie, segnitie*, quibus adde *fame*, quia fuit olim quintæ declinationis, ut docet Gellius lib. 9. cap. 14. at *fide*, quando significat virtutem, & habitum mentis, est quintæ, & producitur; quando autem chordam sonoram, est tertiæ, & corripitur.

5. Producentur nomina græcolatina, quæ græce terminantur per *η*, ut neutra *Cere, Mele, Tempe*, & innumerabilia tum fœminarum, plantarum, insularum, urbium, montium, fontium, ut *Aganippe, Aloe, Andromache, Ariadne, Adrastine, Berenice, Calliope, Canace, Cassiope, Clymene, Circe, Cyane, Cybele, Cyrene, Daphne, Deiphobe, Dirce, Danae, Euterpe, Eurydice, Euadne, Harpalice, Hecate, Hippocrene, Hippodame, Hebe, Hetebe, Idume, Iole, Inarime, Leucothoe, Lipare, Leucate, Laodice, Libye, Melpomene, Mycene, Mastiche, Nerine, Niobe, Nonacrine, Oenoe, Pasiphae, Parthenope, Penelope, Persephone, Progne, Pyrene, Rhodope, Rhododaphne, Stache, Semele, Sinope, Terpsichore, Thisbe, Tisiphone, Thymele, Thule, Taprobanne, Uranie*; sive exercitationum, & artium, ut *Anatome, Dialectice, Diatribe, Harmonice,*
Grans-

Grammaticæ, Gymnasticæ, Lyricæ, Musicæ, optice, practicæ, parasceve, theoreticæ; sive figurarum, ut apocope, anastrophe, antistrophe, anagoge, diastole, enallage, catastrophe, isagoge, paragoge, syncope, systole, synecdoche, strophe. Quorum omnium Genitivus in Es.

6. Producentur vocativa nomina a nominativis in Es, ut *Anchise, Alcide, Æonide, Drance, Hippomene, Jaside, Japetide, Laertiade, Laride, Philoctete, Pelide, Priamide, Pylade, Tydide*; & horum ablativi, licet Græci careant ablativo, ut ab *Anchise, a Laerte.*

Appendix quintuplex.

1. Lucretius corripuit ultimam in adverbis *inferne, ac superne*, nisi legas loco illorum adverbialia *inferna, superna*, ut *apprima, acerba*, pro *apprime, acerbe*, ut habent *Veneta, & Parisiensis antiqua lectio*, sed *Lambinus vulgatam tuetur, & Vossius.*

2. Vocativa a nominativis in ES aliquando correpta inveniuntur, ut *Achille, Hercule, & Polydecte*, sive quia a nominativis in *es*, & pro *Achilleu* vocativo placuit uti *Achille*, sive quia dialecto Æolica nominativa in *es*, habent vocativa in *es*, quare abjecto *s*, remansit ultima brevis.

3. Masculina in *es*, & foemina in *e*, possunt in ablativo casu produci, perinde ac si scriberentur per *e*; quia tamen Græci carent ablativo, possunt corripit tanquam mere latina ob regulam generalem finitorum in E. Sic ex Indice nostro reperies ultimam longam in *Alcide, Æacide, Actotide, Archigene, Chione, Euphrate, Laerte, Mycone, Progne, Pylade, Tantalide, Raete*, brevem autem in *Auriace, Alpe, Calpe, Soscite, Sinope, Hippocrene, Myriatone*, in quo nomine Sidonium gratis reprehendit

dit Voffius lib. 2. Grammat. cap. 34.

4. Martianus Capella l. 2. Phaleucio carmine cecinit:

Tu Vatum mela dulcibus Camœnis

Pro neutro græco μέλι, melius autem Lucretius dixit: *Et Musæa mele*; est enim contractum a μέλιτα, sicut Tempe a τέμπεα, alii tamen legunt, *tu sutum mela*.

5. Cæsurae beneficio particula que in fine non raro, præsertim, a Virgilio, producitur, sequente duplici consonante, quod exemplis docuimus Par. 2. Reg. 2. Append. 4. ubi & de morte producta Ovidium attulimus, & de quippe Lucani, & de segete Tibulli, & de immane Silii. Cæsurae quoque adscribunt illud Ovidii:

Terra ferax Cerere, multoque feracior uvis.

Et illud Statii 3. Theb.

Effugiet, vix Oedipode fugiente timeret.

Declinatur enim Oedipus, Oedipodis.

Et Lucretii lib. 1.

Imbribus, aut tabe nimborum arbuſta vacillant.

Et Virg. 12. Æn.

Me finite, auferte metus, ego fœdera faxo.

Ubi Dialœphe, Cæsuraque simul usus est, contra vero synalœphe item contempta, *me*, & *se* ob sequentem vocalem correpta sunt 6. Æn.

Nomen, & arma locum servant; te amice vocavi.

Et Horat. 1. ferm. sat. 9.

Si me amas, inquit, paulum hic ades interea si.

Reg. III. de I, & Y.

I Finita longa sunt, sed Y, finita brevia. Ita longa sunt *qui, Romani, Classi, fieri, atqui, veni, vidi, vici*; brevia *Æpy, Moly, Chely, Tiphy*.

Excep

Exceptiones tres.

1. Variantur, seu communia sunt pronomina *mibi, tibi, sibi, & cui* dissyllabum; tum adverbia hæc *ibi, nisi, quasi, sicuti, ubi, uti, esto nisi, & quasi* frequentius corripiantur.

2. Variantur Dativi græcolatinorum nominum tertiæ declinationis, ut *Adonidi, Daphnidi, Minoidi, Palladi, Phyllidi, Thesbyi, Tetbidi*; nam græco more declinata melius corripuntur, latino autem producuntur pro libito, vel potius ope Cæsura.

3. Corripuntur Vocativa græcolatinorum nominum tertiæ declinationis, sive masculina, ut *o Alexi, Aci, Adoni, Anacharsi, Atty, Api, Daphni, Iphi, Pari, Tybri, Typbi*; sive fœminina, ut *Amarylli, Æoli, Brisomarti, Cecropi, Coty, Chlory, Cypri, Cephei, Derceti, Iri, Isi, Imachi, Lesbi, Lycori, Lycaoni, Margari, Ormeni, Pievi, Phileni, Phylli, Pegasi, Salmaci, Sidoni, Theti, Thely, Tyndari, Themi, Thai, Titani, & similia* plerumque patronymica.

Appendix triplex.

1. Prisci pro *sibi, quasi, &c.* scribebant *sibe, quase*; sicut pro *magister, magester*, inde igitur *sibi, & quasi* frequentius corripuntur. De prisco illo more vide Janum Gruterum fol. 958. Sertorium Ursatum in monumentis Patavinis pag. 32.

2. Virg. Ecl. 8. neglecta synalœphe corripuit *qui* ob vocalem sequentem, dicens:

Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

3. Littera Y non fuit olim latina, sed græca; Latini autem Y græcum vertebant in V, ut pro $\kappa\acute{\upsilon}\beta\epsilon\varsigma$, $\epsilon\chi\upsilon\beta\alpha$, $\rho\acute{\alpha}\mu\upsilon\lambda\omicron$, dicebant *cubus*,

Hecuba, Romulus; ita docet Terentianus Maurus de literis cap. 12. in illis Trochaicis:

Tertiam Romana lingua, quam vocant V, non habet:

Hujus in locum videtur V latina subdita, Quae vicem nobis rependit interim vocantis V, Quanda communem latine reddit, & grece sonum.

Reg. IV. de O.

O Finita communia sunt.

Sic nominativi *ambo, Cato, ego, sermo, quando, virgo, testudo*, & in verbis indicativis, quorum elegans exemplum habes apud Mart. lib. 4. in illo versu:

Pondero, potō, vano, ludo, lavo, cœno, quiesco.

Et in imperativis, ut *dicito, connectito, nolito, suntō*, & in gerundiis, ut *cantando, cunctando, faciendo, luctando, patiēdo, profando, serpendo, stomachando, revocando*, de quibus Indicem consule. Item adverbia hæc, *cito, denovo, ergo, extemplo, idcirco, illico, immo, omnino, oppido, porro, quæso, quando, retro, ultro, vero*; vide enim Indicem nostrum.

Exceptiones quædam.

1. Corripe *cedo* pro *do*, *vel dic*; & melius *duo*, ac *scio*; Contra autem produc *ideo, ideo, ergo* pro causa, & melius *extemplo, citro, ultro, intro*.

2. Produc adverbia formata a nominibus adjectivis secundæ declinationis, ut *crebro, diluculo, falso, liquido, merito, multo, paulo, raro, subito, tanto, tuto*. Ex his tamen modo cum compositis *dummodo, tantummodo*, &c. semper corripitur; variantur autem *cito, denovo, mutuo, omnino, postremo, profecto, sedulo, serio*,

serio, *sero*, *vero*, de quibus Indicem nostrum consule.

3. Produc monosyllaba, ut *do*, *sto*, *no*, *pro*, *quo*, *sto*; sed *O*, & *ob*, sequente vocali variantur; sequente vero consonante producuntur.

4. Produc nomina in *O*, quæ græce scribuntur per *ω*, sive in nominandi, accusandi, & vocandi casu, ut *Atbo*, *Alecto*, *Argo*, *Calisto*, *Calypso*, *Clio*, *Cloibo*, *Dido*, *Drymo*, *Echo*, *Erato*, *Hero*, *Io*, *Ino*, *Mantho*, *Sappho*, *Spio*, quorum genitivi in *ous*, & accusativi in *ω*, communiter, sed Jonice in *ων*, atque adeo latine in *um*, vel ut factum est in *Didone*, in *onem*. Sive sint genitivi Attico more in *σω*, vel *ω*, ut *Androgeo*, *Apollo*, de quo in 1. ad *Corin.* 1.

5. Produc dativos, & ablativos secundæ declinationis, ut *Domino*, *seruo*, &c.

Appendix triplex.

1. Licet græce *ego* sit *ἐγώ*, & *Plato*, *Cicero*, *Draco*, *πλάτων*, *κινέσκων*, *δράκων*, latine tamen, abjecto *v*, communia sunt. Græcorum autem imitatione, neglecta Synalæphe, ob sequentem vocalem corripuit ultimam *Virg.* in *Illo*, & *Pelio* canens 1. *Georg.*

Victor apud rapidum Simoenta sub Illo alto.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossan.

2. Quia *Virgilius* gerundia in *do* fere semper produxit, & quia substituuntur loco ablativorum; ideo *Valerius Probus*, & *Marius Corradus* ea semper porrecta esse dixerunt; sed vere communia esse exemplo classicorum Poetarum discas ex nostro Indice in *cupiendo*, *luctando*, *manando*, *medicando*, *meditando*, *patiendo*, *præfando*, *removendo*.

3. Cui dissyllabum commune esse ultima di-

sces ex Indice nostro, nec Prudentius ab-
nuit; immo de Corona hymno 4. habet hoc
Adonium;

Res cui tanta.

Verum cum in Symmachum scripserit:

*Vincendi quaris Dominam? Sua cuique
dextra.*

Et in Harmatigenia:

Assignare Deos proprios sua cuique jura.

Et ita habent codices manuscripti; Librariis
tamen visum reponere *Sua dextra cuique, &
sua jura cuique.* Cæterum Vossius lib. 2. c.
26. neutram libertatem probat, non Pru-
dentii in producenda prima in Cui, non
Librariorum in mutandis manuscriptis.

Reg. V. de U.

U Finita producuntur.

Sic cornu, factu, gelu, genu, manu,
reatu, senatu, tu, multoque magis si græ-
ce habeant diphthongum ou, ut habent voca-
tivi Jesu, Melampu, Panthu, & qui a nomi-
nibus in eos, ut o Achilleu, Agyleu, Atreu,
Orpheu, Proteu, & hebraicum vau ob diph-
thongum, ut & Esau, & Thau.

Exceptio unica.

Indu pro In, & nenu pro non corripun-
tur a Priscis, ut ex nostro Indice cogno-
sces: dixere enim Indu mari pro in mari,
& componendo indugredi, induperator, ne-
nuqueo, &c. dixere tamen etiam endogredi,
& endoperator.

Appendix duplex.

1. Cicero in Arateis, Synalœphe contem-
pta, ob vocalem ante vocalem corripuit
ultimam in genu.

Hac propter levum genu omni parte locatum.

Vof.

Vossius tamen l. 2. c. 28. contendit legendum *genus*, & more antiquo declinari, sicut & *gelus*, adducens aliud Cicer. carmen in Arat.

Jam dextrum genus, & decoratam lumine suram.

Sed acute addit legendum in priori carmine:
Hac propter levum genu Nisi parte locatas.

Ita ut a *genus* abjecta sit S, more prisco; Est autem Nifus idem, quod sidus Herculis genibus nitens, quod Græci vocant Εὐρύγων, id est in genibus.

2. Solemne fuit Priscis Ennio, Lucilio, & aliis, a nominibus, aut verbis exeuntibus in US, abjicere per *Æthlipsin* liquidam, seu semiliquidam S, indicando illam solo apostropho, & tunc corripiebant U: habes ex nostro Indice exempla plura, ut in *Æliu'*, *Corneliu'*, *celerrimu'*, *horridu'*, *locutu'*, *rebu'*, *vivimu'*, pro *Ælius*, *Cornelius*, *celerrimus*, *horridus*, *locutus*, *rebus*, *vivimus*. Hic lubet tria tantum exempla repetere. Primum ex Ennio in Annalibus.

Doctu', *fidelis*,
Suavis homo, *facundu'*, *suo contentu'*, *beatus*

Scitu', *secunda loquens in tempore*, *commodu'*, *verbum*

Paucum;

Deinde Lucilii.

Tantalu', *qui pœnas ob facta nefaria luit*.
Atqui non id fecere, quod censerent U, finita corripì posse, sed quia US, finita corripuntur, & hujus privilegio utebantur, sequente consonante, ut positionem tollerent; sic fecere & in finitis in IS, ut idem Lucillius.

Tum laterali dolor certissimu' nunciu' mortis.

Reg. VI. De B, D, T.

B, D, T finita corripuntur.
 Ut *ab, ad, id, illud, istud, ob, quod, quidquid, sub, sed, aliud, alid* pro *aliud, amat, caput, dat, fit, stat, ut, velut, sicut*; & quæ græce per ϵ , aut o , ut *Caleb, Da-leth, Elisabeth, Javed, Japhet, Lamed*.

Exceptiones.

1. Producitur *aut*, & *haud* ob diphthongum, & variatur *iii* cum compositis *abiit, adiit, interiit, obiit, subiit*, sive cæsurae beneficio, sive ob concursum trium brevium, sive ob synæresin, qua ratione producta inveniuntur etiam *prosiit, periit, petiit*.

2. Produc quæ græce scribuntur aut per n , ut *Beth, Heth, Horeb, Obeb, Teth, Zeb*; aut per u , ut *Achirob, Aod, Astaroth, Anatorb, Behemoth, Jacob, Job, Jod, Lot, Naboth, Saboth, Thot*, aut per ou , ut *Abiud, Cherub, Eliud, Jasub, Ruth*, aut certe per vocales hebraicas longas, ut *Achab, Benadab, Baldad, Josaphat, Nadab, Rabab*. Variat vero *David*; nam in libris Regum per I longum, in libris Paralipomenon per I breve scribitur.

Appendix triplex.

1. Verba in *iii* desinentia, aliquando ob crasim contracta in *ii*, & vi quoque cæsurae producta invenies in Nonæ Partis v. 1664.

Magnus civis obiit, & formidatus Othoni.
 Sed plerumque vi solius cæsurae, ut in *petiit, subiit, interiit, abiit, periit, rediit, obiit*; de quibus vide versus 680. 916. 1043. 1044. 1095. 1225. 1152. 1251. 1443. 1895. 1896. 2047.

2. Alia quoque desinentia in T, licet vocali sequente producta vi cæsurae invenies, ut in
despe-

*despexit, aberat, erit, facit, amittebat, caput, finit, fingit, velit, vivit; de quibus vide ver-
sus 4. 49. 523. 533. 550. 640. 698. 700. 820. 933.
1270. 1444.*

3. Ob prædicta exempla censuit Capella T
fuisse prisca communem, præsertim cum extra
cæsuras, & crasim illam produxerint, ut in *ie*
versu 24. & in *et* versu 1896. & in *mandisset* ver-
su 4. & in *esser* vers. 26. quibus adde illud Ennii.
Infit, o cives, quæ me fortuna laceffit.

Reg. VII. De C.

C Finita producantur.
Ita *ac, dic, duc, hic*, adverbium, *huic,*
boc, huc, hac, adverbium, *lac*, & quæ græ-
ce per *η*, vel *ω* scribuntur, hebraice autem
per Thsere, aut Cholem, ut *Henoch, Sa-
doch, Sorech*, vel per Kamets, ut *Isaach,*
Sidrach, Misach.

Exceptiones duæ.

1. Corripiuntur *nec*, & *donec*; variantur
autem tum *fac*, pro quo Poetæ aliquando
dicunt *face*; tum *hic* pronomen, & *boc* pro-
nomen in nominativo, & accusativo.

2. Corripiuntur quæ græce per *ε*, vel *ο*,
& hebraice per I, vel O breve, ut *Abime-
lech, Lamech, Melchisedech, Samech.*

Appendix triplex.

1. Victorinus putat *lac* variari; sed non
profert exemplum idoneum. De fine autem
hexametri apud S. Paulinum, qui est: *con-
jux huic alma*, non dubium, quin possit ac-
cipi pro Spondaico.

2. De verbo *fac* tres sunt opiniones. Pri-
ma Probi in Institutionibus, qui semper cor-
ripi putat. Secunda Gerardi Vossii lib. 2. c. 29.

qui

qui semper produci, nisi pro *fac* usurpetur *face*, ut pro *edic*, *edice*. Tertia Emmanu-
lis Alvari, Ludovici Caballi, ac plurium al-
liorum, nempe commune esse, etiam quan-
do usurpatur *fac*, & non *face*. Pro corre-
ptione sunt carmina Ovidii in Epist.

Philli fac expectes Demophoonta tuum.

Et lib. 3. de Arte.

Mille fac esse jocos, turpe est nescire puellam.

Et de medicamine faciei.

Contere in hac solidi sexta fac assis ear.

Et Martialis lib. 5. in Phalæcio.

Signa varius, aut semel fac illud.

Licet autem 1. Fast. dixerit Ovidius.

Jane face æternos pacem, pacisque ministros.

Et 2. Amor.

Hæc face, & exiguo tempore liber eris.

Nulla tamen est necessitas sic semper legen-
di, quoties corripitur, immo sicut *dic*, &
duc per se longa sunt, quia prima in *dico*,
& *duco* est longa, nec necesse est legere
dice, vel *duce*; ita *fac* potest per se corri-
pi, quia prima in *facio* est brevis.

Pro productione autem sunt versus alii,
ut Plauti in Amph. act. 3. sc. 3. in Jambico.

Nunc tu divine fac huc assis Sosia.

Et Ovid. 1. de Arte.

Hos fac Armenios, hæc est Danaeia Persis:

Et 1. de Remedio.

Durius incedit, fac ambulet; omne papilla.

Et Lucret. 6.

Percipe, & in primis terram fac esse rearis.

Quis enim gratis audeat hæc invertere, &
ad suam opinionem trahere reponendo: *Hos*
facito Armenios, vel fac ut ambulet, vel
fac obambulet; vel fac ut esse.

3. Superest controversia de *sic*, & *hoc*. Mar-
tial. enim lib. 2. epig. 44. canit in Phalæcio:

Et

Et secum, sic ut audiam, susurrat.

Quod etsi corrigendum putat Emmanuel no-
ster, & Vossius l. 2. cap. 29. ut legatur:

Et secum, sed ut audiam, susurrat.

Durior tamen est hujusmodi correctio, & vul-
gatam lectionem secutus est Lipsius in Di-
va Aspricolli cap. 5. corripuens *sic*, & ante
illum Prudent. 1. in Symmach. canens:

*Usque Deum fontes, sic Apollinis antra
dederunt.*

Et Lucillius apud Lactant. lib. 4. Divin.
Institut. cap. 3.

*Janu' Quirinu' Pater, sic & hoc dicatur
ad unum.*

Ut habent vetusti codices, & Giffanius ad-
stipulatur brevitati hujus monosyllabi; esto
non sim nescius plerumque produci, & qui-
dem ter in eodem illo versu Virgiliano 3. Æn.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

De pronomine *hoc* in primo, & quarto casu, se-
quor Vossium l. 2. c. 29. & Scalig. lib. 8. Poet.
c. 2. qui corripui posse putant: tria hujus cor-
reptionis exempla ex nostro Indice pete, nec
parva confirmatio est ex pronomine *hic*; im-
mo quando utrumque producitur et duplex
scribi debere, putant Marius Victorin. lib. 1.
Valerius Probus lib. 1. c. 3. Martianus Ca-
pella lib. 3. cap. de natura syllabarum, Pri-
scianus lib. 13. & Velius Longus lib. de Or-
thogr. adeoque illud Virg. 2. Æn.

*Hoc erat alma parens, quod me per tela,
per ignes*

Eripis.

Scribi debuisse, & scriptum fuisse a Marone:

Hoc erat alma parens.

Sed ibi *hoc* videtur adverbium causæ potius
quam pronomen. Ergo juxta hos Auctores
Ovidianum illud 1. Fast. sic legi deberet:

Hoc

*Hoc ego pro vobis, hoc vos optate Quirites.
Sed hæc jam obsolevere.*

Reg. VIII. De F, & G.

F, & G finita longa dixerim.
Quamvis enim nomina mere Latina sic terminata nondum repererim; hebraica tamen, seu hebraicolatina pleraque per vocales longas ab Hebræis, & per longas item a Septuaginta Interpretibus, vel sacris Evangelistis scribuntur, sed ita ut F, aspiretur, & scribatur per Ph, græce per φ. Sic *Asaph*, & *Agog* per Kamets, & *Doeg* per *Tbsere*, seu per η, & *Sarugh* per s, & *Joseph* per η, & *Gog*, & *Magog* per Cholem, seu per ω scribuntur, & *Coph* per ω.

Exceptio.

Corripiuntur tamen quæ per s, aut o scribuntur, ut *Aleph*, *Phaleg*.

Reg. IX. de L.

L Finita brevia sunt.
Ut *Annibal*, *animal*, *bidental*, *consul*, *exul*, *fel*, *mel*, *mugil*, *nihil*, *pugil*, *quadrantal*, *semel*, *simul*, *vel*, *pol*, *ædepol*. Adde his hebraica illa, quæ per vocales breves scribuntur ab Hebræis, ut *Baal*, *Nabal* per Patach. *Rogel* per Segol, seu s, *Michol* per o, seu per Cateph Camets; *Abigail* per I breve. Adde & ex Osca lingua *famul* pro *famulus*, & *facil* pro *facile*.

Exceptiones due.

1. Producentur *nil*, *sal*, *sol*, non tamen *nihil*, nisi forte beneficio cæsurae, ut fecit Ovid. 1. de Ponto:

Morte nihil opus est; nihil Icarioride tela.

Et 7. Metam.

In superis opus esse nihil, at in edibus ingens.

2. Producentur, quæ scribuntur per vocales longas, aut diphthongos a Græcis Hebræisve, ut per *η*, sic *Emmanuel*, *Gabriel*, *Ismael*, *Israel*, *Phanuel*, *Raphael*, &c. quæ in *α* desinunt, vel quæ per *ω*, ut *Phicol*, aut per *ο*, ut *Chabul*, *Elul*, *Saul*, aut per *Kamets*.

Appendix.

Valerius Probus lib. 1. cap. de syllabis naturalibus, & Aldus Manutius putarunt *L*, si præcedat *O*, semper produci: at *Pol*, & *Ædepol* brevia illos damnant, ut & Vossius lib. 2. cap. 30.

Reg. X. De M.

M Finita de se brevia sunt. Ita enim a Priscis usurpata, licet postea invaluerit, ut sequente vocali elidatur *M*, cum sua præcedente vocali, & per synalœphen induat sonum, atque quantitatem sequentis: in compositis tamen a *circum* retinetur *M*, & corripitur, ut in *circumago*, *circumeo*, *circumire*, idemque præstandum puto in *peffumeo*, *peffumago*.

Exceptio.

Producentur, quæ a Græcis, Hebræisve scribuntur per vocales longas, aut diphthongos, ut *Hierusalem*, & *Semper* per *η*; *Cham* per *Kamets*. *Edom*, & *Efrom* per *ω*; *Dobhaim*, *Eliacim*, *Seboim* per *ε*; *Selum* per *ο*; *Ephraim* per *αυ*. Nomina item *Baalim*, *Cherubim*, *Seraphim* habent hebraice *I* longum, licet græce in Bibliis aliquando per *ε*, aliquando per *η* scribantur.

Appendices quatuor.

1. Etiam si monosyllaba sint *cum*, *dum*, *rem*, *jam*, *nam*, *num*, *quem*, *quam*, *sim*, *sum*,

sum, tum; potest tamen absorberi M, & fieri Synalœphe. Sic fecit Catullus ad Oratum, & Ovid. lib. Amor.

Dum adventu Matris profilit, excutitur.

Et Petronius Arbiter in illo Jambico.

Cum inter sepultos Priamidas nocte, & mero.

Et Seneca in Oedipo vers. 602. Jambico.

Cum examen alto nectitur densum globo.

Et Virg. Ecl. 2.

Nec sum adeo informis: nuper me in litore vidi.

Et Horat. Epod.

Jam jam efficaci do manus scientiæ. Jambic.

2. Possunt tamen & prisco more retenta corripri, ut fecit Lucret. lib. 3.

Sed dum abest, quod avemus, id exuperare videtur.

Et lib. 6.

Semina namque simul cum eo commiscuit ignis.

Et Lucillius apud Donatum in Terentium.

Ne quem in arce bovem discerpi magnifice, inquit.

Idemque Lucillius apud Charisium lib. 1.

Irritata canes, quam homo, quod plenius dicet.

Cur tam inaniter, hoc præsertim tempore queris.

3. Sed & alias non raro M retentum, & correptum invenire licet: celebre est illud Ennii 10. Annal.

Insignita forent tria millia militum octo.

Alii legunt fere pro forent.

Et idem Ennius.

Dum quidem unus homo Romanus toga superesset.

Et Lucret. lib. 1.

Corporum in plumbo est, tantundem pendere par est.

Et

Et Catul.

Sospitem ereptum se ostendit visere portum.
Hac ratione metiri possumus carmen Aratoris sic, ut *affatim* dactylus sit.

Suppetit affatim exemplorum copia nobis.

4. Porro M retentum, & productum, sed privilegio cæsurae legitur in Propertio lib. 2. eclog. 32.

Hæc eadem ante illam impune & Lesbia fecit.

Et in Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 1.

In manibusque Jovem, & cum Jove fulmen habebat.

Non excusarim tamen omnino Fortunatum canentem:

Unde & Michaas; & tu, inquit, Bethlem Ephrata.

Nam græce habent sacri codices $\beta\eta\lambda\epsilon\mu$; ergo contrahendo duas vocales in unam, debuit vi crasis produci: rectius ergo alii, de quibus in Indice, vel contractione usi produxerunt, vel sine crasi dactylum fecere.

Reg. XI. De N.

N Finita longa sunt.

Ut monosyllaba hæc, *en, non, quin, sin,* & nomina *Aleman, Brachman, Delphin, Pan, Patan, Titan, Salamin,* & alioquin, *ceteroquin.*

His adde innumerabilia græcorum, quæ recto casu desinunt in ω , ut *Acteon, Aedon, Agamemnon, Amphion, Arion, Canon, Conon, Corydon, Cimon, Demon, Damon, Deucalion, Euphron, Endymion, Gnomon, Gorgon, Ilion, Idmon, Ichneumon, Ixion, Ladon, Lacon, Lacedæmon, Lycaon, Machaon, Oromedon, Pythion, Palemon, Pyracmon, Syrion, Sidon, Sindon, Sinon, Sion, Simon, Triton, Tryphon, Theon.*

Theon. Item quæ desinunt in *ny*, talia sunt, *amen, attagen, hymen, lichen, lien, stren, spleen*; & accusativi græcolatini a nominibus in *es*, ut *Anchisen, Alciden, Aristiden, Diomedem, Euclidem, Euphraten, Gangen, Gygen, Mysten, Oresten, Pyladem, Thyesten, Tydiden*; & fœminina accusativa a nominibus in *e*, ut *Anatomen, Calliopen, Circen, Clymenen, Dircen, Grammaticen, Helicen, Nioben, Statlen, &c.* Denique accusativi græcolatini masculini in *AN*, a nominativis in *M*, ut *Æneam, Boream, Cyneam, Gian*.

EXCEPTIONES QUINQUE.

1. Corripi *an, forsan, forsan, in cum* compositis, *dein, exin, proin, tamen*, cum compositis, *attamen, veruntamen*; variant vero quæ per apocopen particulam *ne* interrogativam mutilatam habent, ut *ain? audin? credin? egon? nemon? nostin? scin? ten? tun? viden? vin?* pro *aisne? audisne? nemone? visne?* &c. nam correpta inveniuntur, *nostin? viden? ten?* & producta *nemon? tun?* ideo lis est inter Grammaticos. Vossius lib. 2. c. 30. hæc corripi putat, nec nisi beneficio cæsurae produci: Alvarus autem, excepto *viden?* de aliis dubius adhuc est. Ego communia puto, quia si spectetur particula *ne* interrogativa, illa brevis est; si autem præcedens vocalis, est vel longa, vel communis in prædictis exemplis.

2. Corripi accusativos in *AN*, fœmininos, ut *Æginan, Ætnan, Deidamian, Hypermnestran, Cyllan, Idan, Iphigenian, Marian, Marian, Musan, Phœdran*, esto cæsurae privilegio inveniuntur producta in *Electran, Malean, Odyssean*.

3. Corripi neutra in *EN* tertiæ declinationis.

tionis, quorum incrementum breve in *inis*, ut *bitumen*, *carmen*, *crimen*, *examen*, *flamen*, *flumen*, *fulmen*, *fidicen*, *germen*, *gemen*, *inguen*, *legumen*, *lenimen*, *limen*, *lumen*, *nomen*, *numen*, *omen*, *pollen*, *pecten*, *semen*, *sumen*, *tibicen*.

4. Corripe accusativos græcolatinorum in *IN*, vel *YN*, siue sint masculini generis, ut *Adonin*, *Aryn*, *Busirin*, *Capyn*, *Capperin*, *Ibin*, *Ityn*, *Phasin*, *Serapin*, *Thrysin*; siue sint fœminini, ut *Chelyn*, *Daphnin*, *Charybdin*, *Erynnin*, *Hierapolin*, *Mæotin*, *Themn*, *Therin*, *Tetyn*; esto vi cæsurae producantur aliquando.

5. Corripe demum nomina in *ON*, quæ græce per *o*, ut sunt tum nominativi, qui ad secundam latinorum declinationem spectant, ut *Colon*, *Erotion*, *Eudocion*, *Glycerion*, *Ilion*, *Omicron*, *Pelion*, *Plonenson*; tum accusativi Græcolatini a nominativis in *OS*, siue sint masculini generis, ut *Acheleon*, *Bæoton*, *Cerberon*, *Crocodilon*, *Cercopithecon*, *Cyllaron*, *Dædalon*, *Erimanthon*, *Hypodromon*, *Icelon*, *Isachon*, *Menelaon*, *Orpheon*, *Polyphemon*, *Pittacon*, *Scorpion*, *Tantalon*, *Tenaron*, *Troilon*; siue fœminini, ut *Delon*, *Delphon*, *Zyzicon*, *Meliloton*, *Paphon*, *Pylon*, *Samon*, *Synodon*, *Tenedon*. Sed & Æoles vocativos nominum crescentium in *onos*, scribant per omicron, ut *ἄηδον*, *ἡ κοτυληδόν*.

Reg. XII. De P, & PH.

P Finita latine non reperio, nisi *volup* pro *volupe*, productum ab Ennio. Sed nec finita in *Ph*, nisi peregrina, de quibus dixi satis Reg. 8.

Reg.

Reg. XIII. De R.

R Finita corripiuntur.
 Sic *Amilcar, acer, Cæsar, calcar, ducitur, decor, doctor, Hector, fer, fertur, femur, Imperator, itur, murmur, nectar, nuper, precor, puer, Marcipor, Publipor*, id est *Marci puer, & Publici puer, semper, semivir, ver, vincimur*.

Exceptiones Tres.

1. Producentur monosyllaba hæc *cur, fur, far, hir, lar, nar, par, ver*; variant vero *cor, & composita a par, ut compar, dispar, impar, suppar*, non autem *vir*, ut alias exemplo Petrarchæ putabam, *cor* quoque sæpiusculè corripitur.

2. Producentur, quæ græcè desinunt in *wp*, ut *aer, æther, Barpanter, Cercer, character, cremaster, climacter, clyster, Esther, Gazer, Gilimer, Halter, Hepter, Her, Iber, luther, plinther, physeter, poder, præster, Ricimer, spinther, Soter, stater, ureter*. Excipe tamen ab his *celtiber, pater, & mater*, quæ corripiuntur; *Crater*, qui Manilio corripitur, aliis sæpius producitur.

3. Producentur quæ græcè desinunt in *wp*, ut *Phogor, Segor, Thabor*, demptis tamen, quorum incrementum in *oris* breve est, ut *Alcastor, Alastor, Crantor, Elpenor, Hector, Lichenor, Nestor, Rheror*; producentur & quæ in *wp*, vel *sg*, ut *Ophir, Assur*.

Appendix duplex.

1. Cum passim Poetæ corripiant *cor*, & unicum illud productionis exemplum ex Ovidio in Epistola Sapphus suppetat:

Molle meum levibus cor est violabile telis.

Sunt

Sunt qui cum Micyllo, & aliis mutare non dubitent, ut hic quoque corripiatur, & legendum putent:

Molle meum, levibusque cor est violabile telis.
 Et hoc quoque Emmanuelli nostro, nec Vossio lib. 2. cap. 30. displicet: at hic tamen fatetur priorem lectionem reperiri in manuscriptis, & in veteri editione Bernardini Novariensis anni 1486. & in Aldina. Quare qui cor produxerit, non potest erroris redargui. Stoa quoque Lucretii versum addit: *Denique cor hominum, &c.*

2. Cæsura vi notabis productam ultimam in *puer, amor, obruimur, trahatur, datur, Numitor*, in Nonæ partis versibus 555. 560. 608. 609. 639. 653. sic in *pariter* Ovid. 1. Met. *Nulla mora est: pariter adeunt Cephissidas undas.*

Reg. XIV. De finitis in AS.

AS finita longa sunt.

A Ut *amas, amabas, amaveras, Æneas, Atlas, alias, Calchas, cras, atas, castitas, Damætas, fas, foras, horas, musas, natas, nefas, nostras, atis, Pallas, antis, vestras, atis, vas, vasis.*

Exceptiones Tres.

1. Corripe *anas, atis*, esto sit mere latinum, cum græce dicatur ἄνασσα. Canit enim Petronius in Phalæcio.

Et pictis anas renovata pennis.

2. Corripiuntur nominativi, & vocativi græcolatini, quorum incrementum breve in *adis*, vel *ados*, sive masculini generis sint, ut *Arcas, adis*, sive fœminini, ut *Actias, Alpheias, Æetias, Appias, Cephissias, Cyclas, Daulias, dipsas, dromas, Euphyas, gymnas, Hebdomas, Herodias, Hamadryas,*

E

Hyas,

Hyas, Ilias, Iphias, Lampas, Menas, Minoias, Naxias, Plympias, Ophias, Oreas, Pallantias, Pallas, adis, Pelias, Phasias, Pelejas, Phæbas, Pythias, Psecas, Symplegas, Thaumantias, Thyas.

3. Corripiuntur accusativi plurales græcolatinorum nominum, quæ latinis sunt tertiæ declinationis, cujusmodi sunt accusativi nominum in secunda Exceptione enumeratorum, ut *Arcadas, Cycladas, lampadas, Plejadas, Symplegadas*, & præterea multi alii tum masculini generis, ut *Aonas, adamantas, Bistonas, Cretas, Curetas, crateras, Cyclopas, Caras, Delphinas, Elephantas, Heroas, jaspidas, Læstrygonas, Lacedæmonas, Lycas, Meonas, Machaonas, Pæonas, Seras, Thracas, Titanas, Troas*; sive fœminina, ut *Achaidas, Amazonas, Cythereidas, Echinadas, Heroidas, Laidas, Menadas, Nereidas, Orcadas, Pyremidas, Pyxidas, Sisenas*, esto *Pleiadas*, & *Hyadas* ob cæsuram aliquando Poetæ producerint.

Reg. XV. De finitis in ES.

ES finita longa sunt.

Ut *aves, amnes, Ceres, dies, ducenties, dices, locuples, res, sermones, seges, species, quoties, toties, venies, vides*; quibus adde scripta græce per *ns*, ut græcolatina *Anchises, Alcides, Chremes, Dares, Thales, Tydides*, & genitivos fœmininos *Calliopes, Niobes*, &c.

Exceptiones Tres.

1. Corripitur ES a verbo *sum*, cum derivatis, aut compositis *aves, ades, dees, ineres, ines, præes, subes, superes, prodes* a *prosum*, *potes*, & præpositio *penes*.

2. Corripiuntur latina nomina singularis numeri tertiæ declinationis in ES, quorum breve est incrementum in *etis, itis*, vel *idis*,

dis, ut *ales*, *alitis*, *cespes*, *cocles*, *comes*, *dives*, *eques*, *gurgēs*, *hospes*, *hebes*, *impes*, *limes*, *merges*, *miles*, *obfes*, *palmes*, *pedes*, *perpes*, *poples*, *præpes*, *præses*, *seges*, *sospes*, *stipes*, *trames*, *teges*, *termes*, *teres*, *veles*, licet ex his producantur *abies*, *aries*, *paries*; & apud probatiores Poetas *pes* cum compositis *bipes*, *alipes*, *quadrupes*, *cornipes*, *sonipes*, *tripes*; apud alios hæc composita variantur, ut & *Ceres*.

3. Corripiuntur pluralia nomina in *ES*, græce per *s* scripta, nempe tertiæ apud nos declinationis, cujusmodi sunt enumerata jam Reg. 14. Except. 2. & 3. ut *Cyclades*, *Troes*, &c. & omnia pene nomina populorum in *ES*, *Axones*, *Calidonides*, *Jazyges*, *Saxones*, *Lacones*, *Phryges*, *Vascones*; item *Tritones*, *Aclides*, *Grypes*, *Synodontes*, *mormyres*; item *Amazones*, *Atlantides*, *Aspides*, *Corybantēs*, *Eleleides*, *Erynnies*, *Panes*, *Belides*; & ob eandem *s*, neutra in *ES*, ut *Cacoethes*, *Hippomanes*, *Nepentes*, *Panaces*.

Appendix Triplex.

1. Probus in Catholicis ait, composita ex *pes* corripri posse, & favet Ausonii Hexametrum inchoans sic, *qui bipes*, & *quadrupes*. Prudentius quoque corripit *fames*, & *lues*, & Avienus, *vulpes*, & aliqui *plebes*, & *proles*, sed nolim hos imitere. Ovidius quoque corripuit *Tigres* pro *Tigrides* in Epistola Ariadnæ: credo abjecto jota ex *s* Ionice: græce enim dicitur *τιγεις*, *τιγεις*, *τιγεις*.

2. Cæsura præsidio productam ultimam natus sum in *dives*, *Lynces*, *Tripodes*.

3. Ultima in *Ulysses*, recto casu correpta est a Cornelio Gallo, contra consuetudinem, in vocativo tamen *Æolice* scribuntur per *ss*,

quæ in nominativo sunt per *ns*, ut o *Socrates*, & ea ratione licebit hæc corripere.

4. Es a *sum* anceps putat esse Baptista Pius in annot. poster. cap. 40. ob illud Proptertii lib. 2. eleg. 12.

Si puer es, alio trajice tecta tua.

Et Flacci lib. 7.

Dignior es, & fama mei, &c.

Sed emendati codices, ut advertit Vossius lib. 2. cap. 31. habent:

Si pudor est, & dignior est.

Reg. XVI. De finitis in *IS*, & *YS*.

IS, & *YS* finita corripuntur.

Ut *annis, apis, carminis, cinis, ais, inquis, fodis, neptis, nobilis, pulvis, quis, quisquis, scribitis, satis, sitis, virtutis, venistis*; item *is* pronomen, *Capys, Chelys, Chlamys, cis* præpositio, *Itys, Libys, Orbrys*.

Exceptiones Quatuor.

1. Producentur adverbia hæc, *afforis, cumprimis, imprimis, deforis, foris, gratis, omnimodis*; variatur autem *bis*.

2. Producentur casus plurales in *Is*, ut *musis, nobis, vobis, viris*, & prisci illi *omneis, syrteis, urbeis*, pro *omnes, syrtes, urbes*, &c. *queis* pro *quibus*, & prisca *mis, tis*, & *sis*, pro *meis*, & *tuis*.

3. Producitur secunda persona numeri singularis verborum quartæ conjugationis modi indicativi, ut *audis, custodis, dormis, hincis, infans, nutris, obedis, punis, pruris, sentis, sitis* a *sitio*, *is* ab *eo*, & *scis*, & *venis* cum compositis, ut *abis, adis, anteis, circumis, cois, exis, inis, præteris, prodis, præscis, præis, rascis, subis, transis*, at *nescis* ita variatur, ut

ut melius producat; *advenis, convenis, invenis, intervenis, pervenis, prævenis, subvenis*. Ad hæc verba reducuntur, & producuntur in singulari *sis*, & *vis* cum compositis, aut derivatis, ut *absis, adsis, desis, insis, intersis, obsis, præsis, profis, malis, nolis, quamvis, quantumvis, quantivis, sis* pro *si vis*, ut in *videfis, audifis*; variatur tamen *possis*, & *velis*; est autem *possum* a *potis sum*. At *esuris* ab Aratore Poeta non recte corripitur, sicut nec *pervenis* a Sedulio.

4. Producuntur nomina, quorum genitivus incrementum longum habet in *itis, inis, iris, entis*: & in *inis* quidem *Delphis, Eleufis, Gortys, Phorcys, Salamis, Trachis*: in *itis, dis, ditis, lis, quiris, samnis*: in *istis*, aut in *iris*, ut *glis, gliris, vis, viris*, vel in *entis*, *Pyrois, Pyroentis, Opois, Hysais, Simois, Simoentis*, quamvis hæc quatuor similia græcolatina nomina desinant in *eis*, & ob diphthongum producantur, ut & cætera in *eis*.

Appendix Duplex.

1. Cæsurae privilegio productam notabis ultimam in his nominibus, *pulvis, Tethys, apis, Opis, sermonis, cinis, segnis, mitis*, in versibus nonæ Partis 14. 562. 579. 591. 808. 1341. 1376. 1793. item in verbis *oratis, occideris, perdidideris, biberis, præstiteris, attuleris, dederis, contuleris, respueris, steteris, reddideris*, in versibus 709. 842. 1101. 1154. 1155. 1168. 1179. 1274. 1317. 1399. 1604.

2. Quando Prisci abjecta littera S, termin.

3. Quando Prisci a dictionibus in Is desinentibus elidebant S, corripiebant ultimam in I, ut in illo Ennii:

*Pandite sulti' genas , & corde relinquit
somnia.*

Pro *sultis*, idest *si vultis*; alia exempla vide in nonæ Partis versibus 10. 33. 44. 48. 52. 231. 240.

Reg. XVII. De finitis in OS.

OS finita longa sunt.

Ut *arbos*, *glos*, *honor*, *hos*, *illos*, *lepos*, *meos*, *nepos*, *nos*, *mos*, *oculos*, *os*, *oris*, *Romanos*, *ros*, *vos*, quibus adde, quæ græce definunt in *os*, ut *Androgeos*, *Athos*, *Demoleos*, *eos*, *Minos*, *Nicoleos*, *Nisos*, *Tros*: & genitivos nominum in *eus*, si Attice declinentur in *eus*.

Exceptiones Duæ.

1. Corripe *compos*, *exos*, *impos*, *os offis*, & *præpos*.

2. Corripiuntur, quæ græce per omicron scripta definunt in *Os*, cujusmodi sunt primo neutra plurima, ut *Argos*, *Chaos*, *Epos*, *melos*: Secundo nominativi, & vocativi in *os*, qui Latinis sunt secundæ declinationis, & quos elegantiae gratia Latini Poetæ in *os*, potius, quam in *us* terminant, ut *Arctos*, *Atropos*, *Belos*, *Claros*, *Cypros*, *Delos*, *Gnidos*, *Ilios*, *Lambros*, *Lebynthos*, *Lesbos*, *lotos*, *Naxos*, *Neritos*, *Nessos*, *Paphos*, *Samos*, *Tyros*, *Zacynthos*. Tertio genitivi declinationis quintæ Græcorum, sed apud nos tertiæ, ut *Æneados*, *Arcados*, *Aganippidos*, *Amaryllidos*, *Briseidos*, *Cyclados*, *Chloridos*, *Erymanthidos*, *Lampados*, *Minoidos*, *Naidos*, *Pallados*, *Phocidos*, *Phorcynidos*, *Propontidos*, *Sphingos*, *Stromatos*, *Typhoidos*, *Therios*, *Theseos*, &c. quibus accedunt genitivi rectorum in *eus*, spectantium ad tertiã declinationem contracto-
rum;

rum; licet enim Attice declinentur in *eos*,
 possentque produci, communiter tamen in
eos declinantur, & corripuntur, ut *Morpheos*,
Nereos, *Orpheos*, *Oeneos*, *Peleos*, *Prometheos*,
Protheos, *Perseos*, *Pentheos*, *Salmoneos*, *Tereos*,
Theseos, *Tydeos*, *Typhoeos*; & genitivi secundæ
 declinationis contractorum in *ios*, Jonice
 in *eos*, qui ordinarie corripuntur, ut *Ana-
 lyseos*, *Anastaseos*, *Diæceseos*, *Phroneoseos*; &
 composita a *polis*, genitivo *poleos*, Jonice.

Appendix.

Cæsura deputes, si ultimam produxit Vir-
 gilius in *fagos* pro *fagus*, & Valerius Flac-
 cus in *Ombos*, & Ovidius in *Eurythidos*, *A-
 glaodos*, non obstante omicron, quorum ver-
 sus accipe.

Virgilius 2. Georgic. ubi *fagos* est nomi-
 nativi singularis.

Castaneæ Fagos, ornusque incanuit alba.

Ovid. in Epist.

Eurythidos Ioles, atque insani Alcide.

3. Metamorph.

*Lambros, & Aglaodos, & acuta vocis
 Hylactor.*

Sed & Victor, qui produxit in *compos*, cur
 non cæsura excusetur?

*Tunc erit, ut rerum compos, & certa sa-
 lutis.*

Excusari contra nequit Sidonius, qui corri-
 puit in *Pronepos* carm. II.

*Cernat, & in proavo sibimet quod pro-
 nepos optet.*

Reg. XVIII. De finitis in US.

US finita brevia sunt.

Ut *amicus*, *bobus*, *extrinsecus*, *fiscus*, *intror-
 sus*,

sus, intus, littus, montibus, medullitus, omnibus, prorsus, quibus, secus, secius, specus, scripsimus, strepitus, radicitus, vivimus, &c.

Exceptiones Quatuor.

1. Producentur monosyllaba, ut *crus, grus, mus, jus, plus, pus, rus, sus, thus*; & quæcunque habent incrementum longum in *udis, uris, utis, utis*; ut *incus, subsus, salus, servitus, Tellus, virtus, Amathus, untis, Emaus, Opus, untis, Trinitus, untis*; licet hæc tria ob aliam quoque causam longa sint, de qua Exceptione 3. *Palus* autem *Paludis* variatur; nec *Tellus* recte corripitur a Martiano Capella; *Senectus* a Cornelio Gallo corripitur: quis boni ævi scriptorem carpat? alii tamen malunt fuisse Maximianum quendam.

2. Producentur genitivi singulares, & casus omnes plurales nominum latinorum quartæ declinationis, ut *domus, fructus, manus, nutus*, &c. ob crasim latentem in his casibus; prisca enim declinabant sic olim, *fructus, fructuis, fructui, fructuem, fructus*; & in plurali *fructues, fructuum, fructibus, fructues, fructues, fructibus*, ut observat Vossius lib. 2. cap. 31. nec obstat illud 1. Metam.

Domus antra fuere.

Est enim singularis numeri, ut illud Lucani 4.

Sanguis erant lacrymæ.

3. Producentur nomina, quæ græce desinunt in *ovs*, ob diphthongum; talia sunt *Jesus, inos, item Amathus, untis, Cerasus, Emaus, Hydrus, Pblus, Opus, untis, Pessinus, Pantus, Trapezus, Trinitus*; & genitivi in *es* a nominativis in *o*: ut *Alectus, Argus, Clothus, Clius, Echus, Didus, Mantus,*

Pi-

Pithus, *Sapphus*; quæ autem derivantur a πῆς, ποδός, ut *apus*, *antipus*, *Lagopus*, *Hippopus*, *Melampus*, *Polypus*, *Sciopus*, *tripus*, genitivum habentia in *odis* variantur; nam spectata dialecto communi produci possunt, ob diphthongum *ou*; at Æolice corripunt, quia Æoles vertunt illa in *ωos*.

4. Nomina græcolatina in *eus*, quæ græce in *eus*, ultimam longam habent; & in illis *eus* est unica syllaba, ut *Atreus*, *Achilleus*, *Agatocleus*, *Briareus*, *Caphareus*, *Epimeheus*, *Lycoreus*, *Morpheus*, *Oeneus*, *Proteus*, *Pentheus*, *Phalereus*, *Prometheus*, *Phineus*, *Salmoneus*, *Ulyssæus*, & alia multa; si tamen per Dialysim resolvatur *eus* in duas syllabas, licebit utramque corripere, quod forte fecit Virgilius in *Culice*, dicens:

Najadum cœtu tantum non Orpheus in te.

Et ibidem.

Pænæque respectus, & nunc manet Orpheus in te.

Nisi duriuscule contendas esse versus spondaicos, de qua re vide nostrum Indicem secundum.

Appendices Tres.

1. Cæsura privilegio ultimam productam notabis in his vocabulis, *fultus*, *gravidus*, *invalidus*, *Hebrus*, *domus*, *manibus*, *pectoribus*, *Euryalus*, *fatigamus*, *profugus*, *sinus*; nempe in nonæ Partis versibus 545. 575. 585. 594. 611. 621. 624. 635. 690. 703. 2198.

2. Urbium nomina in *us*, quorum genitivus in *untis*, ultimam habent longam ob græcam diphthongum; scribuntur enim per *eus*, ut *Amathus*, *untis*; *Cerasus*, *untis*; *Philis*, *untis*; *Opus*, *untis*; *Trapezus*, *untis*; *Trimitus*, *untis*.

3. Prisci non raro abjecta littera S, dictiones in US, terminabant U brevi, ut in *Æliu'* pro *Ælius* apud Ennium:

Egregie cordatus homo catus Æliu' Sextus.

Similia exempla vide in nonæ Partis versibus 8. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 19. 29. 32. 39. 42. 45. 46. 48. 52. 57. 58. 59. 60. 62. 226. 240. 270. & 302.

Finis Quarta Partis.

P A R S Q U I N T A .

Regulæ Speciales Mediæ Syllabæ.

Reg. I. De Compositi Parte posteriori.

Prima syllaba posterioris partis compositi tanta est, quanta extra compositionem.

Sic brevis est penultima in *etenim, centimanus, circumdare, confovet, dedecus, duumviri, Homobonus, nihilominus, propemodum, Semicaper, Semideus, semihomo, siquidem, tritavus, versicolor, undisonus*; quia brevis est prima in simplicibus, *dare, decus, fovet, manus, &c.* contra vero longa est penultima in *bilibris, confovit, iniquus, insanus, immiris*, quia prima longa in *libra, mitis, sanus, equus, fovit.*

Exceptiones Due.

1. Corripitur penultima in *agnitus, cognitus, causidicus, confragus, dejero, fatidicus, innubus, ossifragus, pejero, pronubus, undifragus, veridicus*; licet in simplicibus prima longa sit in *dico, frango, juro, notus, nubo*; licet secunda in connubio varietur; adde his *nibilum*, si componitur a *ni*, & *bilum*.

2. Tertia in *semisopitus* corripitur, licet prima in *sopio*, & *sopitus* longa sit. In *ambitus, ra, tum*, adjective producitur penultima; licet prima in *itum* brevis sit. Demum in *legirupa*, & *plaustrilucus* correpta invenitur penultima ob necessitatem metri, sed non

a Poetis primæ classis. *Compegi*, & *impegi* secundam habet longam, licet in *pepigi* brevis sit.

Appendix Triplex.

1. Manet vis simplicium in compositis, etiam si vocalis, aut diphthongus in aliam vocalem transeat. Sic brevis est secunda in *concutio*, *despicio*, *diligo*, *diffiteor*, *recido*, *recino*, *resilio*, *recipio*, *reticeo*, *retineo*, quia brevis prima est in *cado*, *cano*, *capio*, *fareor*, *lego*, *quatio*, *specio*, *taceo*, *teneo*. Et longa est secunda in *concludo*, *collido*, *displodo*, *obedit*, *perquiro*, *succido*, *suffoco*; quia prima longa est in *audit*, *claudio*, *cædit*, *fauces*, *lædo*, *plaudio*, *quæro*.

2. Manet item vis simplicium in compositis, etiam si non integra illa ingrediantur, ut *contigit*, *dispulit*, *oppedit*, *præcidit*, a præteritis *cecidit*, *pepulio*, *pepedit*. Excipitur tamen *compegit*, & *impegit*, cujus secunda longa, licet a *pepigit* sit, cujus prima, & secunda est brevis.

3. Innumerabilia sunt græcolatina nomina composita, in quibus prima posterioris partis brevis est, quia per *e*, aut *o*; vel longa est, quia scribitur per *n*, vel *o*; vel *e*, vel *s*; exempli gratia brevis est penultima in *Archilochus*, *Aristoteles*, *Astrologus*, *Carpophorus*, *Christophorus*, *Exodus*, *Philoponus*, *Polyxena*, *Synodus*, quia prima in simplicibus sic habet græce, λόχος, λόγος, ἰδὲς, πόνος, σῆνις, ζῆνις, φόρος. Contra vero longa est penultima in *Antiphona*, *bibliopola*, *dicoctos*, *Eudemus*, *Melanurus*, *Polydorus*, *Sparoides*, quia græce in simplicibus est φωνή, δῶρος, εἶδες, πωλέω, κῶλον, δῆμος, ἔπος.

Reg. II. De Compositi parte priori
polysyllaba.

De Monosyllabis enim vide Partem 3.

Reg. 4. & 5.

ULtima syllaba prioris partis polysyllabæ in Composito, si posterior pars sit a nomine aliquo, vel verbo deducta, brevis est; si autem pars posterior sit Enclitica, aut syllabica, tanta est, quanta extra compositionem.

Exempla prioris partis hujus Regulæ percurrente vocales, in quas definit prior pars Compositi, sunt:

In A, *anapestus, anagoge, catapulta, cataracta, castrametor, decachordus, diametrus, diapasma, diapente, hendecasyllabum, hexameter, metamorphosis, metanœa, octophorus, pentameter, pædagogus, paranympus, tetrachordum, tetrameter.*

In E, *Ædepol, Archerypus, antevolo, benefacta, cujusquemodi, fabrefactus, hujuscemodi, maledico, propemodum, undecunque, undeliber, undevis, valedicere, videsis.*

In I, vel Y, *Alipedes, amnicolæ, armipotens, archipoeta, anguipedes, architectus, angiportus, amphitheatrum, antidotum, Astypalensis, Astydamas, anthithesis, arcitenens, eviternus, æquidies, æquinoctium, caprificus, Capricornus, cœlipotens, Caprimulgus, causidicus, carnivorus, cornicen, Cicuticen, centipes, centimanus, centimeter, doctiloquus, domicœnium, domiporta, epinicium, epiphonema, Eurymedes, Eurynomus, fatidicus, fatilegus, fontilegus, fidicen, bredipeta, Iphigenia, Iphimedon, luccripeta, lecticolor, latipedes, longimanus, lu-*

Etificus, ludimagister, lyricen, magnificus, multivolus, monticola, montivagus, multifidus, multicolor, multiformis, mellifico, manifestus, murilegus, nidifico, noctivagus, nocticolor, noctifico, nonimestris, obtipedes, omnipotens, omniparens, ovipara, ossifragus, palinodia, Palinurus, pericarpium, Polydorus, Polyphemus, Pontifex, ruricola, semipedes, Semideus, semisepultus, sesquipedalis, sacrilegus, sagittifer, sortilegus, significo, saxifragus, sonipes, terrigena, tergiversor, testifcor, rauriformis, tubicen, veridicus, versicolor, versipellis, visitator, vaticinus, velivolus, undisonus, undifragus, vulnificus, venenifer, univocus, universus, &c.

In O, *Acroceraunia, Acrocorinthus, Androgeus, Aristophanes, Anthropophagi, Arctophylax, Argonauta, apotheca, aphronitrum, bibliopola, bibliotheca, bardocucullus, Carpophorus, Christophorus, Chrysogonus, controversia, Cymodoce, Cymothoe, duodenus, Demophilus, Græcolatinus, holocaustum, holosericus, Hippolytus, Hypocaustum, Laomedon, Laodice, Lotophagus, Lycomedes, monosyllabum, monogamus, Nomotheta, Onocentaurus, opobalsamum, Protogenes, Pharmacopola, Philomela, quandoquidem, Rhinoceros, Rhododaphne, sacrosanctus, Sycophanta, Theodorus, Theopompus, Timoleon; quamvis græcolatina hæc nomina ideo quoque corripiantur, quia scribuntur per omicron.*

In V, *Centuplum, cornupeta, decumestris, decumanus, diuturnus, genuflecto, Grajugena, induperator, indupeditus, manufactus, nenuqueunt, nenupotest, quadrupes, quadruplum, quintuplum, Trojugena, usucapit, usುವenit; quo Vossius reducit lutulentus, fraudulentus, pulverulentus, usucapit. Lucretius pro-*

produxit in *manu*duco; sed potest legi dis-
junctim.

At exempla posterioris partis Regulæ sunt
composita ex *que, ve, ne, ce, se, de*, syllaba
enim antecedens has particulas brevis, lon-
ga, aut communis est, prout extra composi-
tionem esset, ut brevis in nominativis, aut
accusativis, *astrave, templaque, buccine, buc-
cene, pleraque, quantaque, tantane, siccene,
buccene, buccene*; pro quibus *siccine, buc-
cine*; *indedem*, pro quo *indidem*; & *unde-
que*, pro quo *undique*, & *itedem* pro *itidem*.
At si ablativi sint, ut in *quantaque, eadem,
terrave*, longa est penultima; sic in *docti-
que, marive, vidistine*; Communis vero est
in *tantidem, & ibidem*; quia I, pertinere pot-
est tum ad finem prioris, tum ad initium
posterioris partis; communis item in *ubi-
cunque, ubivis*.

Exceptiones Quatuor.

1. Producitur A, si ablativus sit, vel ab
ablativo deductum, ut *eatenus, nullatenus,
quaqualiber, quaquaversum*.

2. Producitur E, si antecessit syncope, ut
in *veneficus* pro *veneneficus*; *videlicet* pro *vi-
dere licet*; *vacesio*; pro *vacuesio*; *assuesio, con-
suesio* pro *assuescisco, consuescisco*; *expergesio*
pro *expergescisco*; *mansuefacio* pro *mansuesci-
ficio*; reliqua enim a *facio*, vel *fio* compo-
sita, si non sint a verbis secundæ conjuga-
tionis, corripuntur, ut in *cinefactus, labef-
facio, labefacto, quatefactus, tremefactus*.
Sed si a verbis secundæ, variantur pro ne-
cessitate, vel opportunitate metri, quamvis
ex se videantur esse longa; sic ex nostro In-
dice leges, brevem aut communem esse se-
cundam in *calefacio, calefactus, madesfacio,
putra*.

putrefacio, patefacio, patefactus, pavefactus, rubefacio, stupefactus, tepefacio, tumefactus; ex quibus colligo, si metrum tulisset, potuisse corripri in aliis, in quibus invenitur producta E, nempe in conservefacio, servefactus, frigeſio, liquefactus, liquefacio, rarefacio, rarefactus, tabefacio.

3. Producitur I, in passis crasim, aut synopem, ut in *meridie, poſtridie, quotidie, pro merissimo die, postero die, quoties die; tibiicen pro tibiicen; item in mibique, tibiique, sibique, ubique, ibique, utrobique, quanticumque, qualicumque, quantivis, Republica, cuique trissyllabo, meliphylum*: variat tamen in *quotidianus*, & controversia est de *unicuique*, ut & in interrogativis *noſtine? vidistine?* ego inveni longum in *nulline*; ob necessitatem quoque metri, nempe concursum trium brevium, aut brevem clausam inter duas longas, aut ob divisionem, & neglectum compositi, invenies productum I, in *Architectus, angiportus, ludimagister, matricida, parricida, putricava, regifugium, sacrificium, verisimilis*, cum alioquin corripri debuisset.

4. Producitur O, in *alioquin, introduco, quandocumque, quandoque, retroversus*, aut ubi græce est ω , ut in *Geometra, lagopus, Geolopus*. At in *Leucopetra, & Theophila*, cum corripri debuerit, productum est ob necessitatem metri, quod & Theognis fecit in $\alpha\gamma$, nempe in $\alpha\gamma\beta\omega\lambda\iota\alpha$; & Mantuanus in V, in *virulentus*.

Reg. III. De Accentu.

Accentus non est causa quantitatis syllabarum, sed in aliquibus est indicium tantummodo, ita tamen, ut illam pro sui recto usu præsupponat cognitam.

Sunt

Sunt enim multa vocabula, quæ in penultima quoque syllaba carent accentu, & tamen eam longam habent. Et sunt haud pauci etiam docti viri, qui aliter ob accentum, aut consuetudinem in prosa pronunciant, & aliter in versu eandem syllabam usurpant, ac usurpare deberent, si, ut par est, accentum a quantitate syllabica distinguant. Alibi itaque, nempe Parte octava de Accentuum vi, & sede in scribendo, ac pronuntiando pertractabimus. Interim duas Regulæ hujus partes hoc loco inferemus.

1. Omnis syllaba, quæ græcè accentu circumflexo notatur, longa est; ut prima in *δρᾶμα*, *drama*, *κρῆσις*; & secunda in *κάρπι-
ος*, *carpinus*, *Τελίβος*, viri proprium nomen.

2. In dictionibus mere latinis penultima si acuatur a peritissimis harum rerum, indicium est eam longam esse, brevem autem, si non acuatur.

Reg. IV. De Incremento Nominum.

Incrementum nominis, vel pronominis est, cum crescunt syllabæ in casibus obliquis, præcipue in Genitivo singulari, seu plures sunt, quam in casu recto.

Hujus Regulas dabimus percurrendo Vocales ante consonantes recti casus terminativas; ad quas vocales spectat incrementum.

De Incremento pertinente ad A.

A. Incrementum in *Ai* longum, ut *aquai*, *aulai*, *Lunai*, *pictai*.

AT. Incrementum in *Atis* breve est, ut *Poema*, *atis*; *ænigma*, *dogma*, *stemma*, *aris*.

ABS.

ABS. Incrementum in Abis, breve est, ut *Arabs, Arabis, trabs, trabis*.

AL. Incrementum in Alis, in masculinis breve est, ut in *Annibal, Asdrubal, Adherbal, Baal, Hiempfal, Nabal*.

In neutris longum est, ut in *Animal, bacchanal, cervical, sal, thoral, tribuual, alis*.

AN. Incrementum in Anis, longum est, ut in *Aleman, Brachman, Naaman, Pan, Pean, Titan, anis*.

ANS. Incrementum in Andis, longum est, ut *Juglans*.

APS. Incrementum in Apis, breve est, ut in *Lelaps, apis*.

AR. Incrementum in Aris, in masculinis, & in neutris, quorum pluralis non est in Aria, breve est, ut in *Amilcar, Balthassar, Cesar, Gaspar, Lar, Momar*; item in neutris *bacchar, jubar, nectar, nenuphar, inftar, par*, cum compositis, *separ*; sed producitur in *far, faris, Nar, naris*.

In neutris autem, quorum pluralis in Aria longum est, ut in *alvear, cochlear, calcar, lupanar, laquear, specular, torcular, pulvinar, aris*.

AR. Incrementum in Atis, breve est, ut *hepar, hepatis*.

AS. Incrementum in Adis, vel Ados, breve est, ut *Arcas, Cyclas, decas, dorcas, dipsas, gymnas, Hebdomas, Nomas, Olympias, Oreas, Pallas, Plejas, Psecas, Symplegas, Troas, adis, vas, vadis*.

In ANTIS, ob positionem longum est, ut *Atlas, Calchas, amans*.

In Aris breve est, ut *mas, maris*.

In Alis longum est, ut in *vas, vastis*.

In Atis longum est, ut *etas, Arelas, castizas, cujas, nostras, Privernas, Ravennas, so-*

cietas, vestras, aris. Corripitur tamen in *anas, anatis, & erisypelas, erisypelatis.*

AX. Incrementum in Acis, in adjectivis longum est, ut in *audax, bibax, capax, contumax, dicax, edax, furax, ferax, linguax, loquax, mordax, sagax, salax, sternax, tenax, verax*: item in his substantivis, *Ajax, cordax*, genus saltationis, *fornax, Hierax, Limax, myrmax, pax, Phœax, thorax, acis.*

Breve autem est in reliquis substantivis, ut in *Abax, Atax, arrax, anthrax, borax, climax, colax, corax, dropax, fax, Hilax, Labrax, Mystax, Nycticorax, opopanax, panax, Phylax*, cum composit. *Arctophylax, echartophylax, gazophylax, nomophylax, smilax, scolopax, storax, styrax*; licet Manilius necessitate metri produxerit penultimam in *Arctophylaca*. Variatur autem in *Syphax, acis*. Pro *Candax, & Pharnax*, melius usurpatur *Candaces, & Pharnaces*, penultima brevi.

In AGIS, breve est, ut *Harpax, agis.*

De Incremento pertinente ad E.

E Incrementum in Ius, commune in versu, acuitur in prosa; ut *ille, illius, ipse, ipsius, iste, istius.*

Ebs. in Ebis, longum; ut *plebs, plebis.*

In Ibis, breve; ut *celebs, celibis.*

EC. Incrementum in Ecis longum, ut in *balec, halecis.*

EL. Incrementum in Elis, longum, propter *n*; ut in *Daniel, Gabriel, Ismael, Michael, Raphael.*

EMS. Incrementum in Emis, breve, ut *byems, byemis.*

EN. Incrementum in Enis, longum est propter *n*; ut *attagen, lien, lichen, ren, siren,*

siren, splen; variatur autem *Hymen, Hymenis*.

In *INIS*, breve est, ut *agmen, carmen, flumen, gramen, limen, numen, tibicen*.

ENS. Incrementum in *Entis*, ob positionem longum, ut *accidens, sapiens*.

EPS. Incrementum in *Epis*, longum, ut *seps, sepis*.

In *Ipis* breve, ut *forceps, manceps, particeps, princeps*.

In *Upis* breve, ut *auceps, aucupis*.

Itis breve, ut *anceps, ancipitis, biceps, triceps*.

ER. Incrementum in *Eri*, breve; ut *aliger, falciger, frugifer, furcifer, gener, liber, miser, Presbyter, Scaliger, socer*: producitur tamen in *Iber, Iberi, Celtiber, Celtiberi*.

In *Eris*, in mere latinis corripitur, ut in *anser, cancer, carcer, congener, deneger, iter, itiner, gingiber, later, piper, suber, verber, vomer*; producitur tamen in *ver, veris*.

In græcolatinis longum est ob *n*, ut in *Byzer, character, crater, clyster, cremaster, Gilymer, Halter, luther, præster, poder, Ricimer, Ser, stater, soter, spinther, Valamer, ureter*; corripitur tamen in *aer, & æther*.

In *Ius*, in versu commune, prosa breve, in *alter, alterius, uter, utrius, neuter, neutrius*.

ES. Incrementum in *Edis*, longum, ut in *heres, merces*; sed breve in *pes*, cum compositis, *alipes, bipes, cornipes, sonipes, tripes*.

In *Ei* longum, ut in *acies, ei, facies, dies, species*. Excipe *fidei, & varia rei, spei*.

In *Etis* longum, ut in *locuples, quies, Rhamnes, tapes*; & reliquis, quæ per *n*, ut *Chremes, Cures, Cres, Hermes, lebes, Laches, magnes*; corripitur autem in *stapes, & præpes, præpetis, aries, abies, paries*.

In

In Idis breve est, ut in *deses*, *præses*, *refes*, *idis*.

In Itis, breve est, ut in *Antistes*, *coctes*, *comes*, *cespes*, *eques*, *hebes*, *hospes*, *interpretis*, *limes*, *miles*, *poples*, *pedes*, *sospes*, *stipes*, *trames*, *termes*.

EX. Incrementum in Ecis, longum, ut *fex*, *halex*, *myrmex*, *narthex*, *vervex*; corripitur tamen in *nex*, & *prex*, *ecis*.

In Egis longum in *Lex*, *Rex*, *Prorex*; breve in *aquilex*, *grex*, *lelex*, *fortilex*, & reliquis compositis a *lego*, *legis*.

In Icis, breve est, ut in *aurifex*, *carex*, *cortex*, *carnifex*, *culex*, *forfex*, *frutex*, *harnspex*, *ibex*, *index*, *judex*, *pelltex*, *pollex*, *pulex*, *pontifex*, *opifex*, *sorex*, *filex*, *vindex*, *vertex*; producitur tamen in *vibex*, *vibicis*.

In Ilis breve, ut in *supellex*, *supellectilis*.

EUS, In Ei, vel Eos, breve, ut in *Orpheus*, *Perseus*, *Theseus*.

De Incremento pertinente ad I,
vel Y.

YBS. Incrementum in Ybis, breve, ut *chalybs*, *lybis*.

ID. Incrementum in Idis, breve, ut in *David*, si hebraicum *Kirckaton* sequeris potius, quam consuetudinem.

IL. Incrementum in Ilis, breve, ut *consimil*, *mugil*, *pugil*, *vigil*, *strigil*; de *Tanaquil* controvertitur; *Cavallus* corripit ait.

IN, & YN. Incrementum in Inis, vel YNIS, longum est, ut in *Delphin*, *Eleusin*, *Gortyn*, *Procrin*, *Phorcin*, *Salamin*, *Trachin*, quæ sunt dicalectica, seu duplicis terminationis, & in recto casu habent etiam *Delphis*, *Eleusis*, &c.

Inx,

Inx, vel Ynx, in Yncis, longum ob positionem, ut *Lynx*, *Lyncis*.

In Ingis, vel Yngios, longum, ut *Lynx*, *Lyngis*, *Larynx*, *Sphinx*.

Ips, vel Yps, in Ipis, breve, ut *stips*, *stipis*; sed longum in *Grips*, *Gripis*.

In ypis breve, ut *Cynips*, *Cynipis*, *flumen*.

In Iphis longum, ut *Gryphs*, *Gryphis*.

IR, vel YR. Incrementum in Iri, breve, ut *levir*, *leviri*, *vir*, *viri*.

In Iris, breve; ut in *Abadir*, *Gadir*.

Vel Yris, breve; ut in *martyr*.

Irps, in Irpis, longum; ut *stirps*.

IS. Incrementum in Intis, longum ob positionem; ut in *Pyrois*, *Opois*, *Simois*.

Is, in Eos, breve; ut in *Anthibesis*, *diocesis*, *analysis*, *dosis*, *heresis*, *phrenesis*, *eos*.

Is, in Eris breve; ut in *cinis*, *cucumis*, *pulvis*, *vomis*.

In Idis, vel Ydis, breve; ut in *Amaryllis*, *Adonis*, *Anubis*, *Achilleis*, *idis*.

Vel Idos; ut *Cblamis*, *Daphnis*, *Eleleis*, *Bryseis*, *Chryseis*, *Iris*, *Nais*, *Nereis*, *Paris*, *Phyllis*, *Pyramis*; producuntur tamen *Crenis*, *Crenides*, *Nesis*, *Nesides*; sed variatur in *Pfophis*, *Pfophidos*.

In Iris longum; ut in *Glis*, *Gliris*.

In Iritis longum: ut in *dis*, *lis*, *quiris*, *Samnis*, *itis*.

IX, vel YX. Incrementum in Icis, vel Ycis, longum in fœmininis hujusmodi; ut in *altrix*, *Beatrix*, *cantatrix*, *datrix*, *jaculatrix*, *monitrix*, *meretrix*, *nutrix*, *saltatrix*, *speculatrix*, *textrix*; item in his, *bombyx*, *cicatrix*, *cornix*, *cothurnix*, *ceyx*, *felix*, *junix*, *perdix*, *phœnix*, *scandix*.

Breve autem est in *calix*, *calyx*, *cilix*, *co-*

xendix, chænix, Erix, filix, fornix, Histrix, Larix, natrix, pistrix, pix, salix, varix, icis.

Variatur autem in *Bæbrycis*.

In *Ichis*, vel *Ychis* breve; ut in *Callirix, Sardonix, ychis*; sed pro *mastyx* dicitur *mastyche*: græce enim $\mu\alpha\sigma\tau\iota\chi\eta$.

In *Igis*, vel *Ygis* breve; ut in *Dieryx, lapix, Phryx, Styx*; sed longum in *Biturix, Ceyx, coccyx, mastyx, tettyx, ortyx*: variatur autem in *strix, strigis*.

In *Ivis* breve; ut *nix, nivis*.

De Incremento pertinente ad O.

O. Incrementum in *Enis* longum; ut *Anio, anienis*.

In *Inis* breve; ut in *cartilago, cardo, Carthago, borago, homo, indago, loligo, nemo, margo, putredo, prurigo, raucedo, sal-sedo, teredo, vertigo, virgo*.

In *Onis* longum; ut in *Barcino, Cato, Cicero, conditio, Naso, Oratio, Plato, sermo, Sirmio, Sulmo, Tarraco*.

OBS. Incrementum in *Obis*, breve in *serobs*; longum in *scobs*.

OL. Incrementum in *Olis*, longum in *Sol, solis*; breve in *Michol*; quia græce $\mu\iota\chi\acute{o}\lambda$, seu $\mu\epsilon\lambda\chi\acute{o}\lambda$.

ON. Incrementum in *Onis*, longum; ubi in casibus obliquis remanet ω , ut in *agon, Axon, Ammon, Ancon, Colophon, Conon, Eburones, Lacon, Ladon, Deucalion, Polemon, Phedon, Porphyron, Philistion, Salomon, Sidon, Sion, Simon, Solon, Vectones*.

Breve autem in obliquis est omicron; ut in *Ædon, Agamemnon, Amphion, Arion, Amazon, Chelidon, canon, coryledon, Jason, Machaon, Memnon, Palæmon, Pholemon, Phaon,*

si-

Andon, icon, &c. talia vero sunt, quorum
rectus in *con*. Variatur in *Orionis, & Britonis*.

In *Ontis*, longum ob positionem; ut *Antippon, Thermodon, ontis, Charon, Horizon, Mons, ontis*.

OPS. Incrementum in *Opis*, breve in *Ops*,
Aethiops, Dolops, opis, longum ubi *o*, ut in
Aegylops, Cercops, Cyclops, Hydrops, Myops.

OR. Incrementum in *Oris*, longum; ut in
amor, amavor, ardor, acor, arator, candor, co-
lor, decor, dolor, favor, fervor, furor, honor,
humor, labor, liquor, livor, major, melior, mi-
nor, monitor, odor, olitor, orator, proditor, por-
ritor, Pastor, Prætor, rancor, sapor, soror, so-
por, tepor, timor, tremor, torpor, vapor. Va-
riatur in *ador*: breve autem est in *arbor, a-*
lastor, equor, bicorpor, immemor, marmor, me-
mor, Rbetor, tricorpor: & in nominibus pro-
priis; ut *Alcanor, Sianor, Crantor, Elpenor,*
Euphranor, Hector, Melchior, Nestor, Nica-
nor, Nabor, Stentor.

ORS. Incrementum in *Ordis*, longum ob
positionem; ut *concors, discors, socors, vecors*.

Vel *Ortis*; ut *cohortis, mortis, sortis*.

OS. Incrementum in *Odis*, longum; ut
custos, melos, myios.

In *Ois* longum; ut *Minos, Heros, ois*.

In *Oris* longum; ut *decos, flos, honos,*
glos, lepos, labos, mos, os, oris; corripe
tamen *arbos*.

In *Offis* longum; ut *os, offis, exos*.

In *Oris* longum; ut *cos, dos, monoceros,*
nepos, Rhinoceros, Sacerdos. Sed corripitur
in *compos, impos, prepos*.

In *Ovis* breve; ut in *Bos, bovis*, licet
varietur in *Bobus*.

OX. Incrementum in *Ocis*, longum; ut
in *atrox, celox, ferox, velox, volvox*; sed bre-

ve in *Cappadox*, & *præcox*.

In *Ogis* breve; ut in *Allobrox*.

De Incremento pertinente ad U.

UL, Incrementum in *Ulis* breve; ut in *Consul*, *exul*, *famul*, *Muthul*, *præsul*, *Sutbul*; sed propter *u*, longum in *Saul*, *Saulis*, *Be-elzebulis*, *Chabulis*.

UR. Incrementum in *Oris*, breve; ut *ebur*, *jecur*, *femur*.

In *Uri* breve; ut *satur*, *saturi*.

In *Uris* breve; ut *Anxur*, *astur*, *augur*, *fulgur*, *furfur*, *Ligur*, *murmur*, *Tibur*, *turtur*. Sed produc in *fur*, *furis*.

US. Incrementum in *Eris*, breve est; ut *acus*, *aceris*, *funus*, *genus*, *glomus*, *munus*, *scelus*, *viscus*, *visceris*, *vulnus*.

In *Ius*, commune in versu, longum in prosa; in *unius*, *solius*, *totius*.

In *Odis* breve; ut in *Antipus*, *Melampus*, *Oedipus*, *tripus*.

In *Oris* breve; ut *corpus*, *decus*, *fenus*, *nemus*, *pecus*, *pectus*, *penus*, *stercus*, *tempus*, *tergus*. Sed produc in *melius*, *majus*, *pejus*, *deterius*, *nobilius*, *vilius*, *amplius*, *sublimius*, *subtilius*, & cæteris hisce comparativis.

In *Udis* longum; ut *incus*, *palus*, *subscus*; sed corripie in *pecus*.

In *Uis* breve; ut in *grus*, *gruis*, *sus*, *suis*.

In *Untis* longum, ob positionem; ut *Amathus*, *Emaus*, &c.

In *Uris* longum; ut *ius*, *mus*, *plus*, *pus*, *rus*, *thus*, *tellus*; sed corripitur in *Ligus*.

In *Uris* longum; ut *juventus*, *salus*, *servitus*, *senectus*, *virtus*, sed breve est in *intercus*.

AUS. Incrementum in *Audis*, longum ob diphthongum; ut in *fraus*, *laus*.

Ut. Incrementum in Itis, breve; ut *caput, occiput, sinciput*.

UX. Incrementum in Ucis, breve; ut *crux, dux, nux, tradux, trux*; sed longum in *lux, & Pollux*.

In Ugis breve; in *conjux, bijux, injux*; longum in *frux, & aux, augis*.

Reg. V. De Verborum Incremento, aut Conjugatione, selecta quedam.

O Missis, quæ de Verborum Incremento pene frustra tradunt Grammatici, cum ipso usu Latini sermonis discendi nota evadant; seligimus tantum ea, quæ peculiari animadversione digna sunt, servato ordine Vocalium.

A

Incrementum Verborum in A, longum est, excepto primo incremento Verbi *Do*; breve enim est in *dabo, darem, dare*; & in compositis *circundare, pessundare, venundare, &c.* sed cave, ne confundas cum his, quæ sunt a verbo *undo, undas*; in his enim longum est; ut in *abundabam, exundare, inundare, redundabit*.

E

I. **P**ræterita in *Erunt* de se longa, Poetæ tamen metaplasmò eleganti per figuram systolem corripunt, ubi metri sive necessitas, sive concinnitas ita fert; habes in Indice nostro exempla in *abierunt, adfuerunt, annuerunt, astiterunt, biberunt, condiderunt, constiterunt, dederunt, dediderunt, defuerunt, emerunt, excierunt, fuerunt, imbuerunt, invenerunt, impulerunt, institerunt, mi-*
scue-

scuerunt, occiderunt, palluerunt, potuerunt, præstiterunt, prodiderunt, profuerunt, steterunt, sumpserunt, tenuerunt, transtulerunt, rulerunt; penultima brevi.

2. Cum sequente R, incrementum Verborum secundæ conjugationis longum sit, tertiæ autem breve in infinito, & imperfecto, notanda sunt illa, quæ olim fuere utriusque conjugationis, ac proinde incrementi communis in illis modis, saltem apud Poetas, nimirum verba *caveo, conniveo, ferueo, fulgeo, frendeo, resplendo, respondeo, rideo, scateo, strideo, sugeo, tergeo*; pro quibus usurpata sunt quoque *cavo, connivo, feruo, fulgo, frendo, resplendo, respondo, rido, scato, strido, sugo, tergo*; ut scite docet Gerard. Voss. in Arte Gramm. l. 3. de Analogia c. 35. Quædam item fuerunt & *primæ, & tertiæ*, ut *lavo, lavas, & lavo, lavis, sono, sonas, & sono, sonis*: quare in infinito, & imperfecto habuerunt, *laverem, lavere, sonerem, sonere*, penultima brevi.

I.

1. **P**enultima subiectivi modi in **RIMUS, & RITIS**, si temporis sint futuri, longam esse consentiunt Diomedes lib. 1. Probus lib. 1. Servius lib. 6. Æneid. Si vero sint præteriti temporis, longam item esse contendit Probus, ac Servius; ideoque in Virgilium 6. Æneid. dicentem:

Namque ut supremam falsa inter gaudia noctem

Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est,

ajunt, necessitate metrica corripuisse penultimam præteriti *egerimus*, & in horum sententiam vergit Vossius lib. 2. de Arte Gram-



matica cap. 21. & noster Emmanuel de Increment. Verb. in Scholiis, dummodo Probus vixerit tempore Martialis, & Plinii. At Diomedes, Agrocus ajunt, produci eam syllabam in futuro, & circumflecti; sed in præterito sic acui, ut tamen brevis sit, & si in futuro correpta inveniatur, illud non a futuro conjunctivi in RO, sed in RIM terminato deduci. Nunc invaluit consuetudo, ut utrumque in prosa corripiamus. De versu enim satis est, posse utrovis modo, saltem figura, aut necessitate aliqua metrica usurpari, ut exemplis mox constabit; & de præterito quidem correpto exemplum Virgiliti in *egerimus* jam præmissi, quod tamen produci posse, auctoritate Probi, Serviique diximus: De futuro autem subjunctivi sæpius producto, aliquando tamen correpto exempla hæc sunt.

Ennius 6. Annalium.

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis.

Catullus in Phalæcio ad Lesbiam.

Dein cum millia multa fecerimus.

Ovid. lib. 4. de Ponto eleg. 5.

Et maris Jonii transferitis aquas.

Et ibidem.

Consulis ut limen contigeritis, erit.

Et 6. Metamorph.

Hustus aquæ mihi nectar erit, vitamque fatebor

Accepisse, simul vitam dederitis in undis.

Juvenus lib. 4.

Tunc sanctis digne poterimus credere diis.

Sed futurum correptum habet Lucret. l. 1.

Quas ob res, ubi viderimus nil posse creari.

Ovid.

Ovid. 2. Metam.

*Mentior, obscurum nisi nox cum fecerit
Orbem,**Nuper honoratas summo mea vulnera
Cælo**Videritis stellas illic, ubi circulus Axem.*

Ovid. 4. de Ponto eleg. 5.

*Hæc ubi dixeritis, seruet sua dona ro-
gate.*

2. *Orior* in secunda persona habet *orivis* penultima longa, & tamen in tertia *oritur* penultimam corripit, sicut & in prima pluralis numeri *orimur*: quæ cum ita sint, de compositis *adoritur*, *cooritur*, *exoritur*, *adorimur*, *exorimur*, *coorimur*, scio a doctis quoque viris dubitatum; præsertim cum hinc Virgilius canat 1. Æneid.

*Exoritur clamorque virum, stridorque ru-
dentum.*

At Lucillius Sat. 3. dixerit:

*Conturbare animum potis est, quicum-
que adoritur.*

Nimirum hæc verba, sicut & *morior*, & *po-
rior*, fuere olim tum tertiæ, tum quartæ con-
jugationis Deponentium, ut advertit Vossius
lib. 3. de Analogia cap. 35. quare si tertiam
sequamur, corripitur penultima, si quar-
tam, produci. Sic Ennius dixit 14. Annal.

*Nobis se ostendat, si vivimus, sive mo-
rimur.*

Et Terent. in Eun. act. 3. sc. 1.

Risu omnes qui aderant emoriri.

Sic *potitur*, apud Virgil. 3. Æneid. est ter-
tiæ; inchoat enim versum sic; *Vi potitur*;
At apud Nævium 2. Iliados est quartæ.

*Fœcundo penetrat penitus, thalamoque
potitur.*

Apud Lucillium:

Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.

3. Demum quædam verba fuere tam tertiæ, quam quartæ conjugationis activorum, nempe, *cupio, pario, fallio*: ideoque invenies apud Auctores, *cupere, & cupire; parere, & parire; fallere, & fallire*. esto nunc non sint usitata, nisi *cupere, parere, & fallire*.

Atqui Lucretius lib. 1. dixit:

Confringere ut acta

Naturæ primus portarum claustra cupiret,
Ubi tamen aliqui legunt *cuiret*.

Et Ennius.

Ova parire solet genu' pennis condecoratum.

Et Lucilius sat. 8.

Sallere murgenis, mercem in frigidaria ferre.

Quare si quis saltem in versu produceret penultimam in *cupimus, cupitis, cupitur, & in parimus, paritis, paritur; & contra vero corripit in fallimus, fallitis, fallitur*; non posset violatæ Latinitatis convinci, sed ad summum affectati archaismi.

Reg. VI. De Patronymicis.

PATRONYMICUM nomen est loco nominis proprii substitutum, & a parentibus, aut majoribus, aut consanguineis, aut patria, vel habitatione, aliave re insigniter distinctiva formatum; de cujus plerumque formatione a genitivo casu, aut dativo, simul & quantitate penultimæ agendum est.

Igitur masculina tribus modis formantur, in **IADES**, vel **ADES**, penultima brevi, vel in **IDES**, penultima brevi quidem, si formantur a genitivis nominibus penultimam brevem habentibus; longa autem, si a genitivis

pen-

penultimam longam, vel ob mutam, liqui-
damque communem habentibus, & si a ge-
nitivis in *et* formentur, retinent hanc diph-
thongum in penultima apud Græcos; qua
ratione rursus longa est.

Fœminina autem formantur novem modis:
nempe in AIS, penultima brevi, vel OIS,
penultima longa in recto casu, si excipias
Nereis, quæ variatur; vel in AS, vel IS,
penultima acuta, quando est penultima geni-
tivi, a quo formantur; vel in ITIS, aut O-
TIS, penultima longa; sed omnia hujusmodi
patronymica habent incrementum breve;
vel denique in INE, vel in ONE, penul-
tima longa in recto, & obliquo casu. Sed
exemplis præcepta clariora fient.

Masculina in IADES, penulti. brev.

A nominibus primæ, aut secundæ declina-
tionis, *Acheloiades, Amyntiades, Anchisiades,*
Asopiades, Battiades, Crotopiades, Honoriades,
Laertiades, Menætiades, Naupliades, Otriades,
Phereciades, Sperchæsiades, Thespiades, Uriades;
nempe filius, aut nepos, &c. *Acheloi, Amyn-
te, Anchisis, Asopi, Batti, Crotopi, Honorii,*
Laertis, Menæti, Nauplii, Otrei, Pherecii,
Sperchæsi, Thespii; & UR, qui fuit pater *Be-
seleelis*; sic poetæ Christiani a *Thare* patre,
Thariadem, Abrahamum, & ab *Isai* Patre, *I-
saiem, Davidem* formarunt: ita tamen ut
ob diphthongum hebraicam in dissyllabo *Isai*,
penultimam in *Isaides* quidam produxerint.
Acrisioniades autem non ab *Acrisio*, sed a
fœminino patronymico *Acrisione* filia *Acrisii*
formatum est.

A nominibus tertię declinationis, ut *Aban-
tiades, Amphitryoniades, Athamantiades, A-*

*Atlantiades, Cleoniades, Dryantiades, Laomedon-
ziades, Phaethontiades, Scipiades, Telamonia-
des, a dativis Abanti, Amphyrioni, Athaman-
ti, Atlanti, Cleoni, Dryanti, Laomedonti, Phae-
thonti, Telamoni, Scipioni, a quo Scipioniades,
& per syncopen Scipiades. Sic apud Poetas
Christianos Josue filius Nun dicitur Nuniades
a Nun, latine declinato Nuni, Nunis.*

Masculina in ADES, penultima brevi.

Ut *Hippotades*, filius *Hippotis*, *Aeneades*,
seu in plurali *Aeneadae*.

Masculina in IDES, penult. longa.

A nominibus primæ, aut secundæ declina-
tionis; ut *Æacides, Ætalides, Chionides, Dar-
danides, Hyrtacides, Harpagides, Iasides, Iape-
rides, Iliades, Iphitides, Labdacides, Olenides,
Phliasides, Phylirides, Priamides, Rhapsacides,
Romulides, Sisyphides, Tantalides, Tyndari-
des, Zacharides*; videlicet *Achilles*, nepos, aut
Pyrrhus pronepos *Æaci*, reliqui autem filii,
aut prognati *Ætali, Chionis, Dardani, Hyrtaci,
Harpagi, Iasii, Iapeii, Iliæ, Iphiti, Labdaci,
Oleni, Phliasi, Phyliræ, Priami, Rhapsaces,
Romuli, Sisyphi, Tantal, Tyndari, Zachariæ*;
in plurali autem usurpantur plerumque *Dar-
danidæ* pro Trojanis; *Romulidæ* pro Romanis;
sic *Abramida, & Isacida* pro Hebræis ab *A-
brahamo, & Isaaco*, quæ sicut in *Zachari-
de*, idest *S. Jo. Baptista*, penultimam brevem
habere possunt; sicut esse potest in *Abraham,
Isaac, Zacharia*.

A nominibus tertię, ut *Achæmenides, A-
storides, Æsonides, Agenorides, Amyntorides,
Antenorides, Cecropides, Hectorides, Ixionides,*
Mæo-

Meonides, Nachorides, idest *Thare*; *Nestorides, Oedipodionides, Pelopides, Thestorides*, a dativis *Achameni, Actori, Æsoni, Agenori, Amyntori, Cecropi, HecTORi, Ixioni, Mæoni, Nachori, Nestori, Oedipodioni*; Jonice formati patronymice ab *Oedipo, Pelopi, Thestori*.

Masculina in IDES, penult. brevi.

A nominibus primæ, aut secundæ; ut *Amphiaraides, Belides, Chrysidēs, Euclides, Lygurgides, Neoclides, Patroclides*, a genitivis *Amphiarai, Beli, Lygurgi, Euclis, Neoclis, Patrocli*; item quæ a genitivis desinentibus in *εος*, & habentibus rectum casum in *εως*; horum enim genitivus tam Jonice, quam Æolice formatur in *νος*, & *εως*, & dativ. in *η*, & *ει*: quare non mirum si penultimam longam habeant, esto a Græcis formentur potius a dativis, at a Latinis a suis genitivis, ut *Alcides, Achillides, Ægides, Aloides, Atrides, Baslides, Capharides, Heraclides, Larides, Lycorides, Lyncides, Nelides, Oenides, Pelides, Persides, Phoronides, Promethides, Thestides, Tydides*, a genitivis *Alcei, Achillei, Ægei, Aloei, Atrai, Basilei, Capharei, Larei, Lycorei, Lyncei, Nelei, Oenei, Pelei, Persei, Phoronei, Promethei, Thesei, Tydei*; quorum rectus casus est *εως*, *Alceus, Achilleus, Ægeus, Aloeus, Atræus, Basileus, Caphareus, &c.*

A nominibus tertiæ; ut *Deucalionides, Leonides, Iapetionides, Talaonides*, a dativis *Deucalioni, Leoni, Talaoni*; & patronymico Jonico *Iapetioni*: *Iapetion* enim a *Iapeto*, ut *Oedipodion* ab *Oedipo* patronymice formatum est, Jonica dialecto. Clarauacæus quoque Poeta recens produxit penultimam in *Leonidas*; sed incertum, an hoc sit patronymicum. Si quis

velit horum penultimam brevem, formet ea in IADES, ut *Deucalioniades*, *Talaoniades*, &c.

Fœminina in AIS, penult. brevi, & in EIS, vel OIS, penult. longa, cum incremento utroque brevi.

AIS, ut *Athenais*, *Phocais*, *Thebais*, penultima brevi, producitur tamen (credo necessitate metri) ob concursum brevium in *Achais*, & *Homolais*, *Prolemais*; siquidem & antepenultima horum brevis est; dicitur etiam *Achaias*, ut infra; sunt autem hæc a nominibus *Athenę*, *Achaia*, *Homole*, *Phocide*, *Prolemęus*, *Thebę*.

EIS, ut *Achilleis*, *Æneis*, *Bryseis*, *Baccheis*, *Cadmeis*, *Chryseis*, *Cristeis*, *Clymeneis*, *Cythereis*, *Cybeleis*, *Eleleis*, *Myneis*, *Priameis*, *Schaccheis*, *Theseis*, *Triopeis*, a nominibus *Achilles*, *Æneas*, *Bryse*, *Bacchus*, *Cadmus*, *Chryses*, *Clymene*, *Cytherea*, *Cybele*, *Eleleus*, *Minias*, *Priamus*, *Schacchia*, *Theseus*, *Triope*; & penultimam longam habent, quia græce desinunt in *us*; at quia *Nereis* utroque modo desinit, scribitur enim *νῆρις*, & Attice *νῆρις*, ideo penultimam communem habet.

OIS, ut *Acherois*, *Latois*, *Minois*, *Typhois*, *oides*.

Fœminina in AS, & IS, cum incremento brevi.

In AS, ut *Oreas*, *Phœbas*, *Troas*; ab *ἔπος*, *mons*, a *Phœbo*, a *Troja*; at quæ desinunt in IAS, penultimam brevem habent, ut *Abantias*, *Aetias*, *Cephistias*, *Daulias*, *Dryas*, *Ephyreias*, *Heroidas*, *Hamadryas*, *Lesbias*, *Pallantias*, *Pelias*, *Pegantias*, *Phaëtonthias*, *Phastias*, *Pythias*, *Thaumantias*, ab *Abante*, *Aeta*, *Cephi-*

phiso, Daulio, Ephyre, Lesbo, Pallante, Pelio, Peante, Phaethonte, Phasi, Pythio, Thaumante; nempe ab horum vel genitivis, vel dativis.

In IS, cum genitivo IDIS, vel IDOS, & plurali IDES, & incremento brevi; ut *Æolis, Æolidos, Argolis, Argolidos, Aganippis, Aganippidos:* & plur. *Aganippides;* *Aonis, Assis, Ausonis, Atlantis, Belis, Colchis, Castalis, Coronis, Erymanthis, Gnosis, Hesperis, Hippocrenis, Italis, Libythis, Menalis, Oebalis, Ormenis, Pegasis, Phasis, Phorcynis, Phoronis, Pieris, Sicelis, Sidonis, Sithonis, Thessalis, Trinacris, Tritonis;* ab *Æolo, Argo, Aganippe, Aone, Ausone, Asia, Atlante, Belo, Castalia, Colcho, Coroneo, Gnofo, Erymantho, Hippocrene, Italo, Libye, Menalo, Oebalo, Pegaso, Phasi, Phorcyne, Phoroneo, Piero, Sicilia, Sidone, Sithone, Trinacria, Thessalia, Tritone;* hoc est ab horum genitivis, aut dativis.

Fœminina in ITIS, & OTIS, penultima longa.

ITIS, ut *Oceanitis, idis; Tanaitis, idis; Memphitis, Moabitis, Sunamitis;* quorum incrementum breve, ab *Oceano, Tanai, Memphi, Sunam.*

OTIS, ut *Icariotis, Libanotis, Mareotis, Maotis, Nilotis,* ab *Icavo, Libano, Nilo, &c.* quorum item incrementum in *idis* breve.

Fœminina in INE, & ONE, penultima longa.

INE, ut *Adrastine, Heroine, Neptunine, Nerine,* Jonum more ab *Adrasto, Heroe, Neptuno, Nereo.*

ONE, ut *Acrifione, Eetione, Icarione;* Item Jonum more ab *Acrifio, Eetio, Icavo.*

Sequuntur aliæ Regulæ de Vocalibus ante
Consonantes in media syllaba .

*Reg. VII. De A ante Consonantes
in media syllaba.*

A Ante consonantes quasvis simplices in
media syllaba corripitur, ut in *Cotta-*
bus, *Ardacus*, *Carneades*, *Ascalaphus*, *Artu-*
ragus, *Anomalus*, *Satrapa*, *Aravis*, *Gymnasium*,
Palæphatus .

Exceptiones.

Excipiuntur tum ea, quorum incrementum
nominis, aut verbi in A, longum est, juxta
dicta Reg. 4. & 5. tum quæ per Regulas ge-
nerales excipienda sunt; puta si per *n*, græ-
ce scribantur, ut *Sinapi*, vel per *æ*, vel per
æ, aut exemplo singularis alicujus vocabuli
ex Indice nostro noti: tum denique quædam
formationes nominum, de quibus mox dice-
mus ordine consonantium servato.

A, ante B, producitur in pluralibus dati-
vis, ablativisque in *abus*, ut in *ambabus*,
filiabus, *mulabus*; & in adjectivis, *abilis*, *ab-*
undus, ut in *amabilis*, *detestabilis*, *palabun-*
dus; cum derivatis *amabiliter*, &c. corripit-
tur tamen in *dabilis*, *stabilis*, *instabilis*; pro-
ducitur item in substantivis in *abrum*, vel
abulum; ut in *candelabrum*, *volutabrum*, *a-*
cetabulum, *venabulum*, *cunabulum*.

A, ante C, producitur in peregrinis, quæ
non in *iacus*, sed *acus* exeunt, ut in *Vala-*
chus, *Betachus*; & in nominibus locorum non
in *iacum*, sed in *acum* formatis, ut in *Ebo-*
racum, *Cameracum*, *Tomacum*: at si desinant
in *iacus*, vel *iacum*, Poetæ non ignobiles cor-
ripiunt, ut *Cyriacum*, *Gluniacum*, *Lawiacum*.

Pro.

Producuntur formata in *aceus*, *aceum*, *aculus*, *aculum*, *acrum*, ut *herbaceus*, *violaceus*, *mustaceum*, *vernaculus*, *loquaculus*, *umbraculum*, *tabernaculum*, *spiraculum*, *ambulacrum*. Græca quoque numeralia in *ακόσιος*, produciunt a ante c; ut *diacosios*, *triacosios*.

A, ante L, producitur in adiectivis in *alis*, vel neutris in *ale*, ut in *Cerealis*, *sodalis*, *glacialis*, *nivalis*, *socialis*, *navale*, *mapale*, *secale*.

A, ante M, producitur in neutris desinentibus in *ama*, *area*, *amentum*; ut in *acroama*, *levamen*, *conamen*, *atramentum*, *testamentum*.

A, ante N, producitur in nominibus propriis, latinisque in *anus*, ut in multis peregrinis, ut in *Coruncanus*, *Quintilianus*, *Sextilianus*, *Julianus*, *Trajanus*, *Nathanus*; esto Græci aliquando corripiant in *Julianus*, & *Claudianus*; item in nominibus in *anor*, & in gentilibus in *anus*, ut in *Bianor*, *Euphranor*, *Nicanor*, *Germanus*, *Hispanus*, *Romanus*, dempto *Sequanus*, & variato *Sicanus*; producitur item in adiectivis exeuntibus in *anis*, *aneus*, *anius*, *anus*, ut in *immanis*, *extraneus*, *instantaneus*, *succedaneus*, *supervacaneus*, *Titanus*, *decumanus*, *tertianus*: demum produci in neutris in *aneum*, ut *calcaneum*, *suppedaneum*.

A, ante R, producitur in neutris desinentibus in *are*, *aria*, *arium*, ut in *cochleare*, *calcaria*, *granarium*, *graphiarium*, *salarium*; & in adiectivis formatis in *aris*, *arius*, *aria*, *arus*, ut in *Consularis*, *molaris*, *aquarius*, *librarius*, *notarius*, *vicarius*, *calvaria*, *avarus*, *amarus*.

A, ante S, producitur in compositis a *αράσις*, ut *acrasia*, *eucrasia*; & in adiectivis in *asius*, *asio*, ut *amasius*, *amasio*.

A, ante T, producitur in nominibus quar-

æ in *atus*, ut *bimatus*, *equitatus*, *peditatus*, *Senatus*, *Magistratus*, *Tribunatus*; & in Gentilibus in *ates*, vel *atæ*, ut *Cuiates*, *Aquinates*, *Arpinates*, *Antiatæ*, *Spartiatæ*, *Cæsennates*, *Ravennates*, *Privernates*; item in adjectivis exeuntibus in *aticus*, *atilis*, *ator*, *atorius*, *atus*, ut in *aquaticus*, *fanaticus*, *venaticus*, *Orator*, *Oratorius*, *Prætorius*, *monstrator*, *fluviatilis*, *saxatilis*, *volatilis*, *fimbriatus*, *gemmatus*, *litatus*; item in gemmarum nominibus, ut in *aspilates*, *achates*, *gagates*; & in nominibus in *atio*, *ationis*, ut in *oratio*, *dammatio*, *cunctatio*; denique in adverbis in *atim*, ut in *centuriatim*, *paulatim*, *singillatim*, *vicatim*, dempto tamen *assatim*; corripuntur vero, quæ a *datum*, & *statum*.

*Reg. VIII. De E, ante consonantes
in media syllaba.*

E Ante consonantes quasvis simplices in media syllaba corripitur, ut in *Erebus*, *altrinfecus*, *Tenedus*, *Elegus*, *Cypselus*, *Seseli*, *Panemus*, *Demosthenes*, *Telephus*, *Cassiterus*, *Hesperus*, *imperus*, *Calperus*.

Exceptiones.

Excipiuntur tum quorum incrementum nominis, aut verbi in *E*, longum est, juxta dicta *Reg. 4. & 5.* tum quæ ob generales *Regulas* producenda sunt; puta quia scribuntur per *n*, vel *æ*; tum exempla singularia vocabulorum in *Indice* nostro repertorum, tum quædam formationes vocabulorum, de quibus mox dicendum juxta ordinem consonantium.

E, ante *B*, producitur in pluralibus nominibus, ut in *diebus*, *speciebus*, & in adjectivis in *ebilis*, ut in *delebilis*, *complebilis*.

E, an-

E, ante C, producitur in compositis a $\Sigma\eta$, ut in *apotheca*, *bibliotheca*, *hypotheca*, *chirotheca*, *Lipsanotheca*.

E, ante D, in nominibus in *edes*, ideo producitur, quia græce scribitur per η , ut in *Agamedes*, *Diomedes*, *Palamedes*, *Nicomedes*, &c.

E, ante L, producitur in fœmininis in *ela*, ut *candela*, *cautela*, *suadela*, *loquela*, *tutela*, & in adjectivis, vel gentilitiis in *elis*, ut in *fidelis*, *fratruelis*, *patruelis*, *matruelis*, & in hebraicorum nominum incrementis in *elis*; quia græce habent, η , ut *Danielis*, *Israelis*, *Ismaelis*; item in compositis a $\kappa\eta\lambda\eta$, ut *buboncele*, *hydrocele*, *epiplocele*, *entrocele*, quæ sunt morborum nomina.

E, ante M, & N, producitur in compositione a $\delta\eta\mu\omicron\varsigma$, ut in *Aristodemus*, *Eudemus*, *Nicodemus*; & in neutris in *ema*, si græce in $\eta\mu\alpha$, ut *diadema*, *epiphonema*, *emblemata*, *problema*, *systema*; variatur tamen in *anathema*, *epithema*; quia utrovis modo terminantur, nempe in $\eta\mu\alpha$, & $\epsilon\mu\alpha$; producitur item in fœmininis in *ena*, vel *ene*, ut in *canisilena*, *catena*, *lagena*, *postilena*, *Magdalena*, *Adiabene*, *Hippocrene*, *Pirene*, *Dalene*, *Diabene*, *Nerienne*, *Sophene*; habent enim græce η , sicut & patria in *enus*, *Amasenus*, *Damascenus*, *Antiochenus*, *Abidenus*, *Agarenus*, *Oasenus*, *Lampsacenus*, *Ruthenus*, *Samosatenus*; denique producitur in nominibus propriis in *Enor*, græce $\eta\nu\omicron\rho\varsigma$, ut in *Antenor*, *Elpenor*, *Evenor*, *Protenor*.

E, ante R, producitur in nominibus, quæ græce habent η , cujusmodi sunt propria in *erus*, ut *Assuerus*, *Gualterus*, *Varnerus*, *Soterus*; item incrementa nominum in *eris*, ut *crateris*, *characteris*, *stateris*, &c. demptis tamen *aeris*, *etheris*; habent & η ante p neutra.

tra in erium, ut *mysterium*, *psalterium*,
spheristerium, *apoditerium*.

E, ante S, producitur in numeralibus in
esimus, ut *centesimus*, *millesimus*, *sexagesimus*;
& in compositis ex *ἠσος*, insula, ut *Lyrnesus*,
Chersonesus, *Proconesus*, *Peloponnesus*; & in fœ-
mininis in *esis*, si græce in *ῆσις* desinant, ut
Asthresis, *Anachoresis*, *Catechesis*, *Diæcesis*,
exegetis, *exhomologesis*, *ecphonesis*, *matheſis*,
phrenesis, *pleuresis*, *epitimesis*; non omnia
tamen sunt talia; nam quædam desinunt in
esis, & corripuntur, *Genesis*, *Hæresis*, *diæ-
resis*, *thesis*, cum compositis *antithesis*, *me-
zathesis*, *prothesis*, *synthesis*.

E, ante T, producitur in adjectivis in *eti-
lis*, ut in *deletilis*, *concretilis*, utpote a su-
pinis in *etum*; item græcolatinorum incremen-
ta in *etis*, ut *lebetis*, *tapetis*, *Chremetis*, *Her-
metis*, *Daretis*, quia per *η*: sicut & masculi-
na officium personæ significantia, ut *Poeta*,
Propheta, *Proxeneta*, *Auleta*; non tamen quæ
in *ἑσῆ*; hæc enim corripuntur, at *agono-
theta*, *logotheta*, *nomotheta*; habent & *η*, quæ
a *ῆτις*, ut *ortygometa*, *tettigometa*, & com-
posita a *κλητος*, ut *Anacletus*, *Paracletus*.
Producuntur etiam loca confita plantis, ut
buxetum, *myrietum*, *platanetum*, *quercetum*,
salicetum.

E, ante V, consonantem, quando substi-
tuitur pro diphthongo græca *ευ*, producitur,
ut in fœmininis omnibus in *ευη*, qualia sunt
asceve, *diasceve*, *parasceve*.

Reg. IX. De I ante consonantes in
media syllaba.

I Ante qualvis consonantes simplices cor-
ripitur, ut in omnibus, *publicus*, *fanati-
sus*,

cus, aridus, sordidus, fumigat, nobilis, facilis, animus, optimus, fraxinus, oleaginus, ædipus, Tyrius, citibisus, stirpitus, Alphitus.

Exceptiones.

I. Excipiuntur tum ea, quorum nominis, & verbi incrementum longum est, juxta dicta Reg. 4. & 5. tum quæ longa sunt ob regulas generales Par. 2. traditas, ut si scribantur græce per η, vel per ϙ, vel 7, aut ob exceptiones in Regula de Derivatis, vel Compositis, aut exemplo singulari in Indice nostro reperta; tum quædam conformationes nominum, vel adverbiorum, de quibus mox servato ordine consonantium.

I, ante C, producitur in nominibus propriis, ac peregrinis in *icus*, ut in *Alaricus, Atalaricus, Fridericus, Gensericus, Henricus, Hunericus, Ludovicus, Theodoricus, Uldericus*; 2. in derivatis a *νίκη*, victoria, ut in *Berenice, Callinicus, Eunicus, epinicum, Hieronica, Olympionices, Thessalonica*; 3. in diminutivis *iculus, icula, iculum*, si præcedat brevis syllaba, ob necessitatem, credo, metri, ut in *aqualiculus, canicula, fidicula*; vel si a nominibus habentibus incrementum longum in *icis*, ut *cantatricula, meretricula, nutricula, saltatricula, a cantatrice, meretrice, &c.* alioquin diminutiva hæc solent corripri; 4. in adjectivis illis, quæ in *icius* formantur, sed a supinis, vel participiis. Hæc enim, ut nos cum Jo: Pincerio, & Vossio lib. 2. Gramm. cap. 23. observavimus, producuntur, ut in *adventitius, commodatitius, pignoratitius, exposititius, factitius, fictitius, nutritius, adiectivus, adscititius, collectitius, conductitius, emissitius, dedititius, supposititius*; alioquin si

a nominibus, corripitur antepenultima, ut in *edilicius, cathedralicius, floralicius, gentili-
cicius, natalicius, patricius, prætoricius, pri-
micius, Saturnalicius, tribunicius*. Esto Pri-
fcianus lib. 4. absque discrimine putarit utra-
que corripit. Porro ex antiquis manuscriptis
marmoribus, ac numismatis constat, hæc
potius per C, quam per T, scribi.

I, ante D, producantur peregrina nomi-
na in *idus*, ut *Gotefridus, Sigefridus, Gau-
fridus, Valfridus*; & fœminina in *ido*, quo-
rum incrementum in *idinis*, ut *crepido, for-
mido*; & patronymica masculina a geniti-
vis, aut dativis habentibus penultimam lon-
gam juxta dicta Reg. 6.

I, ante G, producantur fœminina in *igo*,
cum incremento in *iginis*, ut *caligo, pruri-
go, vertigo*; & composita, aut derivata a *sti-
go*, ut *instigo, vestigo, vestigium, prestigie*.

I, ante L, producantur neutra substanti-
va in *ile*, ut *cubile, ovile, bovine, hædile,
sedile, equile, fœnile*; & adjectiva ætatis,
vel professionis, ut *anilis, fabrilis, servi-
lis, senilis, scurrilis, juvenilis, vernilis,
puerilis, virilis*.

I, ante M, producantur neutra in *imen*, &
imentum, a verbis quartæ, ut *lenimen, rudi-
mentum*; & composita a $\mu\eta\iota$, ut *Neotimus,
Philotimus, Eutimius, Theotimus*; producantur
etiam in *marrimus*, & *parvumus*, ut docet con-
tra Scaligerum, & Politianum Vossius lib. 2.
c. 23. quia his non additur *timus*, sed *parr-*
& *marr-* additur *mus*, ideoque longa est, sic-
ut in *primus, bimus, trimus, quadrumus*: at
quando additur *trimus*, corripitur penultima,
ut in *editimus, finitimus, legitimus, solistimus*;
demum producantur peregrina in *imus*, ut
Eliacimus, Joachimus, Ephraimus.

I, an-

I, ante N, producitur in nominibus patriis, ut *Agrigentinus*, *Patavinus*, *Aquinas*, *Arpinas*; & in adjectivis ab animalibus formatis, ut *agninus*, *bovinus*, *caninus*, *leoninus*, *ovinus*, *equinus*, *olovinus*, cum derivatis, ut *vulpinor*, *bovinor*; & appellativa fœminina, ut *culina*, *Regina*, *ruina*, *textrina*, *officina*, *lapidina*; & patronymica in *ine*, ut *Nerine*, *Adrastine*; & incrementa in *inis*, a græcolatinis rectis in *in* desinentibus, ut *Salaminis*, *Delphinis*, *Trachinis*, *Eleusinis*.

Hic vero notandum est, quædam esse adjectiva in *inus*, quæ si ab animalibus ipsis formentur, producant penultimam, ut *elephantina prudentia*, *bombycinus somnus*; at si materiam ab ipsis separatam significant, corripunt, ut *elephantina signa*, *bombycina vestis*: ut & cætera significantia materiam, colorem, odorem, aut saporem, ex rebus inanimatis, idest carentibus anima sensitiva, ut *adamantinus*, *amethystinus*, *amaranthinus*, *amaracinus*, *amygdalinus*, *asbestinus*, *boracinus*, *byssinus*, *balaustinus*, *chalchanticus*, *carpasinus*, vel *carbasinus*, *cedrinus*, *cichorinus*, *coccinus*, *crocinus*, *crystallinus*, *corallinus*, *cucurbitinus*, *fabaginus*, *faginus*, *gausapinus*, *glaucinus*, *hyacinthinus*, *hyantinus*, *irinus*, *lactucinus*, *laurinus*, *mellinus*, *myrbinus*, *masticinus*, *nardinus*, *nasturcinus*, *nenupharinus*, *oleaginus*, *omphacinus*, *perrinus*, *prasinus*, *populinus*, *porphyrinus*, *quercinus*, *saccharinus*, *sandarachinus*, *storacinus*, *stibinus*, *sulphurinus*, *sardonychinus* *sapphirinus*, *smaragdinus*, *sinapinus*, *thalassinus*, *tyrianthinus*, *vitrinus*.

I, ante R, producitur in nominibus peregrinis, ut in *Casimirus*, *Cleodomirus*, *Ramirus*, *Theodemirus*, *Rabirius*.

I, ante T, producitur in nominibus patriis,
vel

vel officiorum in *ita*, vel *ites*, aut *itis* deficientibus, ut in *Ninivita*, *Levita*, *palestrita*, *Levites*, *Oceanitis*, *Moabitis*, *Sunamitis*, *Galaaditis*; item in nominibus lapidum, vel succorum, aut vinorum conditorum in *ites*, ut in *absinthites*, *abrotonites*, *galactites*, *porphyrites*, *hæmatites*, *ætites*; vel morborum in *itis*, *phrenitis*, *tympanitis*, *nephritis*, *pleuritis*; & in frequentativis a verbis quartæ, ut *dormito*, *prurito*, *irrito*, ab *hirrio*.

Reg. X. De O ante consonantes in media syllaba.

O Ante quasvis consonantes simplices in mediis syllabis corripitur, ut in *Abscoba*, *Deiphobus*, *Archilochus*, *Cymodoce*, *Androdus*, *Androgeus*, *Systole*, *Diastole*, *Oeconomus*, *Aponus*, *Episcopus*, *Carpophorus*, *Pandrosus*, *Despotus*.

Exceptiones.

Excipiuntur, quæ producenda esse diximus, tum in Regulis Generalibus Partis 2. ut si scribantur per *ω*, vel *ϰ*, aut in Regula de Compositis, vel de incremento Nominum, ac Verborum, & singularia illa vocabula, quæ in Indice nostro producta inveniuntur, nec ad aliam Regulam reduci possunt, quam ad exemplum singulare; tum ea, de quibus mox ordine consonantium servato.

O, ante B, producitur in casibus pluralibus in *obus*, ut *ambobus*, *duobus*; licet variet in *bobus*.

O, ante D, producitur in deductis ab *ωδν*, cantus, ut in *apodus*, *monodus*, *psalmodia*, *parodia*, *profodia*; & in nominibus propriis, quorum rectus singularis in *odes*, quia scri-

scribuntur per ω , ut *Herodes*, *Nebrodes*, *Orodes*.

O, ante G, producitur in deductis ab $\alpha\gamma\omega$, & in compositis a $\pi\alpha\gamma\omega\nu$, barba, propter ω , ut in *agoge*, *anagogicus*, *isagoge*, *mystagogus*, *synagoga*, *polypogon*, *mysopogon*, *chrysofogon*, *melampogon*, *leucopogon*, *psychagogia*; in octogesimo, & octoginta producitur ob crasin octuagesimus, octuaginta.

O, ante L, producitur in compositis a $\kappa\omega\lambda\omega\nu$ membrum, ut in *dicolos*, *monocolos*, *tetracolos*, *protocolon*, *isocolon*, quia per ω , sicut & quæ a $\pi\omega\lambda\acute{\epsilon}\alpha$ vendo, ut *bibliopola*, *cenopola*, *thermopolium*, *monopolium*, *propola*.

O, ante M, producitur in peregrinis nominibus propriis in *omus*, ut *Absalomus*, *Edomus*, *Enomus*; quia per ω ; non tamen græca a $\sigma\acute{o}\mu\alpha$; hæc enim corripuntur, ut *Epistomium*, *Chrysofomus*; sunt hæc enim composita; producantur & neutra in *omen*, *omentum*, & quæ græce per ω , ut neutra in *oma*, & *omum*, ut *agnomen*, *abdomen*, *cognomentum*, *axioma*, *diploma*, *aroma*, *semichroma*, *symptoma*, *anomum*, *cinnamomum*.

O, ante N, producitur in nominibus propriis in *onius*, ut *Antonius*, *Apollonius*, *Atronius*; & in iis, quæ per ω , ut fœminina in *one*, ut *Oenone*, *Acrifione*, *Hippone*, & composita a $\phi\omega\nu\eta$, vox, ut *antiphona*, *polyphona*, *euphonia*, *cacophonia*, *symphonia*, *monophonus*; aut composita a $\gamma\omega\mu\eta$, vel $\zeta\acute{\alpha}\nu\eta$, ut *physiognomia*, *physiognomus*, *polygnotus*, *perizonium*, *epizonium*, *parazonium*; & demum obliqua incrementi in *onis*, ex recto casu in O, ut *Ciceronis*, *Platonis*, *sermonis*, *Barcinonis*, *conditionis*, & derivata ab $\delta\iota\omicron\mu\alpha$, ut *Hieronimus*, *Copronymus*, *Callionymus*, *homonymus*, *patronymicus*, *synonymia*, *anonymus*.

O, an-

O, ante P, producitur in compositis ab ἀνθρωπος, ut in *Antropophagus*, *Misanthropus*, *Lycanthropus*, *Philanthropica*.

O, ante R, producitur in compositis a δῶρον, donum, ut in *Antidora*, *Diodorus*, *Menodorus*, *Metrodorus*, *Theodorus*, *Nymphodora*, *Zenodorus*, *Tripodorus*, *Theodoretus*, & in incrementis masculinorum in oris, a rectis in or, ut *candoris*, *laboris*, *odoris*.

O, ante S, produciuntur, quæ græce habent ω, cujusmodi sunt fœminina multa in oris, ut *apothēosis*, *apocynthosis*, *metempsychosis*, *metamorphosis*, *epanosthosis*, *hypotyposis*, *phlogosis*, *anastomosis*, non tamen quæ a δῶσις, hæc enim corripiuntur, ut *anxisodis*.

O ante T, producitur in patronymicis in oris, aut patriis in ota, quia per ω, ut in *Icariotis*, *Libanotis*, *Cypriota*, *Epirota*, *Phthiotra*, *Italiota*, *Limniota*, *Siciliota*, *Thesprotia*; & in deductis a πῶτος, idest casus, vel incidentia, ut *asymptotum*, *monoptotum*, *diprotum*, *triprotum*, *polyptoton*, *homocoptotum*, *symptotum*.

Reg. XI. De U ante consonantes
in media syllaba.

U, Ante simplices consonantes in mediis syllabis corripitur, ut in *tribubus*, *irubus*, *volucer*, *insula*, *possunus*, *esuris*.

Exceptiones.

1. Excipiuntur, quæ producenda esse constat in Regulis Generalibus Par. 2. ut si scribantur per u, aut in Reg. compositorum, aut incremento nominum, aut ex Indice nostro

stro

stro in vocabulis singularibus, & quæ mox subjungemus.

2. U, ante consonantes quasvis produci-
tur in græcolatinis habentibus, qualia sunt
deducta a δῆλος, servus, a βεβλή, consilium,
& ab ἑρῶ, cauda, ut *Theodulus*, *Hierodulus*,
Pseudulus, *Aristobulus*, *Cleobulus*, *Eubulus*,
Nicobulus, *Arcturus*, *Melanurus*, *Palinurus*,
Colurus, *myiurus*, *sciurus*.

3. U, ante T, produci-
tur in meditatibus, ut *balbatit*, *cæcurit*, sed in desiderativis, aut
meditativis in URIO, corripitur, ut in *cæ-
naturit*, *caaturit*, *dormiturit*, *nupturit*; at
produci-
tur in *scaturit*, *ligurit*; quamvis hæc
non sint proprie meditativa, nec desidera-
tiva verba.

*Reg. XII. De Y ante consonantes
in mediis syllabis.*

Y, Ante consonantes simplices in mediis
syllabis corripitur, ut in *Hieronymus*,
Eurynomus, *Hydrargyrum*, *panegyris*, *mar-
tyres*.

Exceptiones.

Excipiuntur excipienda ob Regulas Gene-
rales secundæ Partis, vel compositorum,
aut incrementi nominis longi, aut singula-
ris in Indice nostro reperta, aut quæ mox
subjiciemus.

Y, ante CH, produci-
tur in compositis,
ac derivatis vel a ψυχή, *anima*, vel a σῦ-
κος, *ficus*, ut in *metempsychosis*, *micropsy-
chus*, *melosychon*, *egosyche*, *morosychon*.

Y, ante G, produci-
tur in deductis a πύγι,
nates, seu radix caudæ, ut *melampygius*, *u-
ripygium*, *depygis*.

Y, an-

Y, ante N, producitur in deductis a δύν, vis, vel a δύναμις, possum, ut in *anodynus*, *adynaton*.

Y, ante S, producitur in deductis a χρυσός, *aurum*; ut *molochrysus*, *catochrysus*, *pandochrysus*, *holochrysus*, *pseudochrysus*, *philochrysus*, *chimochrysia*.

Y, ante T, producitur in deductis a μῦθος, *fabula*, ut in *Philomytus*, *Polymythus*; idest amator fabularum, & multarum fabularum.

Finis Partis Quinta.

P A R S S E X T A.

De Figuris ad Profodiam
spectantibus.

Figuræ ad Profodiam spectantes pleræque nomine *Metaplasmi* comprehenduntur; est autem *Metaplasmus* transformatio recti, solitique sermonis in insolitam formam, necessitate, aut concinnitate metri facta; cujus speciebus absolutis, dicemus de Cæsura, Synalœphe, & Dialœphe. Metaplasmi species oriuntur vel ex additione litteræ, syllabæve, ut *Prothēsis*, quæ in initio; *Epenthēsis*, quæ in medio; *Paragoge*, quæ in fine addit; vel ex detractioe, ut *Aphēresis*, quæ initio; *Syncope*, quæ medio; *Apocope*, quæ fini detrahit; vel ex constrictioe duarum syllabarum in unam, ut *Syneresis*, cui affinis est *Crasis*, aut ex unius in duas resolutione, ut *Digressis*; aut ex transpositione litterarum, quæ *Metathēsis* dicitur; aut ex interfectione dictionis, interjecta aliqua dictione, quæ *Tmesis* vocatur; aut ex productione syllabæ alioquin brevis, quæ *Diastole*; vel correptione longæ, quæ *Systole* nuncupatur; aut denique ex elisione syllabæ ultimæ, ejusque transfiguratione in syllabam initialem sequentis vocabuli, quæ *Echclipsis* dicitur. Ad hanc revocari potest *Synalœphe*, cui opponitur *Dialœphe*; Cæsura autem, cum vi ejus syllaba brevis producitur, revocatur ad *Diastolem*. *Hellenismus* tandem carminibus facilius, aut elegantius construendis servire videtur potius, quam quantitati syllabarum; reve-

ra tamen hanc quoque indirecte juvat, dum suppeditat vocabula græcolatina, quæ salva Profodia facilius, aut concinnius ingrediuntur versum.

I. Prothesis.

Prothesis est, cum dictionis principio additur syllaba, aut littera, ut si pro *natus*, *natus*, *tuli*, dicatur *gnatus*, *gnatus*, *retuli*. Sic Græci pro *μικρός*, parvus, dicunt *σμικρός*, & Virgilius *edurum* pro *durum*. Quod autem aliqui ut producant primam, duplicatis consonantibus scribunt *Relligio*, *Relliquiæ*, *rettulit*, &c. nunquam probare potui: cur enim falsa, & fictitia positione assuefacias tirones violandæ tum Profodiæ, tum Orthographiæ? Nonne minus peccatur, si necessitate metri, aut licentia Poetica id fiat, aut ope Diastoles? Quod semel licentia utendo in recedendo a legibus vel Profodiæ, vel Orthographiæ, nonne rectius est non immittere falcem in alienam messem, & intra Profodiæ fines consistendo, licentia hujusmodi uti? idemque dixerim de *Porfena*, & *cuculus*, quos aliqui scribunt sic, *Porfenna*, & *cucullus*; ut penultimæ productæ rationem adducant, cum alioquin ab aliis correpta inveniatur. Scio, Græcos aliquid simile ausos, sed diversæ dialecti ope, ut cum pro *μυσῶν*, dicunt *μυσάων*, & pro *κενός*, vacuus, *κενός*, & pro *νόσος* morbus, *νῆσος*, & pro *ὀπότερ*, uter, *ὀπότερ*.

II. Epenthesis.

Epenthesis est, cum medio dictionis additur syllaba, aut littera: ut si pro *interfit* dicas *interfiet*. Quidam pro exemplis hujus figuræ

guræ addunt *Mavors*, & *Navita*, pro *Mars*, & *Nauta*. Sed potius hæc duo per *Crasim* formata sunt, vel *syncopem* a solitis olim *Mavors*, & *Navita*.

III. *Paragoge*.

Paragoge est, cum fini dictionis additur syllaba, aut littera, ut si dicas *avellier*, *curarier*, *densarier*, *dicier*, *laudarier*, *molirier*, *sectarier*, pro *avelli*, *curari*, *densari*, *dici*, *laudari*, &c. quæ quidem exempla in *Indice* nostro reperire licet.

IV. *Aphæresis*.

Aphæresis est, cum initium dictionis mutilatur, ut si dicas, *ruit*, *temnit*, pro *diruit*, *contemnit*, & *tendit* pro *retendit*, & *acturust*, *brevist*, *opust*, *similist*, *probust*, *senexst*, pro *acturus est*, *brevis est*, *similis est*, *opus est*, *probus est*, *senex est*, mutilato verbo *est*, quod facit non semel *Plautus*. Aliis videtur hæc esse *apostrophus*.

Græci dicunt pro *ἑορτή*, dies festus *ἑορτή*, & pro *γᾶν*, terra, *αἶν*, & pro *ἐκεῖ* ille, *κεῖ*.

V. *De Syncope*.

Syncope est, cum a medio dictionis auferatur syllaba, aut littera; habes in *Indice* nostro *Poetarum* plurima exempla, quorum præcipua sunt hæc.

Syncope	pro
<i>abstraxe</i>	abstraxisse
<i>accessis</i>	accessistis
<i>addixi</i>	addixisti

Syncope	pro
admorunt	admoverunt
Æthra	Æthera
ageſis	age ſi vis
agricolum	agricolarum
anglus	angulus
aſpri	aſperi
caſfaciendus	caſfaciendus.
cærulſ	cæruleus
calda	calida
calduſ	caliduſ
caſfactuſ	caſfactuſ
Carluſ	Caroluſ
ceſſet	ceſſiſſet
Cleomneſ	Cleomeneſ
circuſ	circuluſ
Cælicolum	Cælicolarum
commorunt	commoverunt
compoſtuſ	compoſituſ
confluxent	confluxiſſent
conſanguineum	Conſanguineorum
conſumpſe	conſumpſiſſe
conſumpſi	conſumpſiſti
contrieris	contriveris
creſſe	creviſſe
cuſtodibat	cuſtodiebat
Dædaluſ	Dædaleuſ
Deum	Deorum
diſpoſtuſ	diſpoſituſ
dixti	dixiſti
Divum	Divorum
direxti	direxiſti
diviſſe	diviſiſſe
dixe	dixiſſe
Domnuſ	Dominuſ
duxti	duxiſti
eburnuſ	eburneuſ
emiſſem	emiſiſſem

	pro
Syncope	
evasti	evastisti
expositus	expositus
extinxem	extinxissem
Faginus	fagineus
Ficulnus	ficulneus
ferocum	ferocium
flevunt	fleverunt
fodentes	fodientes
fluctat	fluctuat
Grajugenum	Grajugenarum
gubernaculum	gubernaculum
illexe	illexisse
implerunt	impleverunt
impostus	impositus
intraro	intravero
intuor	intueor
lamna	lamina
lapique	lapideque
lardum	laridum
largibar	largiebar
maniplus	manipulus
Marcipor	Marci puer
Maspiter	Martis pater
misti	misisti
Molossum	Molossorum
Montivagum	montivagorum
morit	moverit
mostis	movistis
Mulcibri	Mulciberi
nomenclator	nomenclator
noram	noveram
nosti	novisti
operibat	operiebat
oprimentum	operimentum
Oraculum	Oraculum
passum	passuum
percusti	percussisti

Syncope	pro
<i>periculum</i>	periculum
<i>Polyymnia</i>	Polyhymnia
<i>populus</i>	populus
<i>porgentur</i>	porrigentur
<i>porxit</i>	porrexit
<i>prensus</i>	prehensus
<i>Publipor</i>	Publii puer
<i>puertia</i>	pueritia
<i>quierunt</i>	quieverunt
<i>religaculum</i>	religaculum
<i>remorunt</i>	removerunt
<i>repostus</i>	repositus
<i>requierunt</i>	requieverunt
<i>retinaculum</i>	retinaculum
<i>Romulus</i>	Romuleus
<i>scibat</i>	sciebat
<i>scripsti</i>	scripsisti
<i>seclum</i>	seculum
<i>sedigitus</i>	semidigitus
<i>selibra</i>	semilibra
<i>femodius</i>	femimodius
<i>Siculum</i>	Siculorum
<i>spectaculum</i>	spectaculum
<i>spirtus</i>	spiritus
<i>soldum</i>	solidum
<i>Solmanus</i>	Solimanus
<i>sultis</i>	si vultis
<i>surpere</i>	furripere
<i>surpitem</i>	furripitem
<i>surpuerat</i>	furripuerat
<i>surpuit</i>	furripuit
<i>surrexti</i>	furrexisti
<i>surrexe</i>	furrexisse
<i>tabla</i>	tabula
<i>tablae</i>	tabulae
<i>tablinum</i>	tabulinum
<i>terrere</i>	terreare

tuor	pro	tueor
valdior		validior
valdius		validius
vestibat		vestiebat
vincla		vincula
virum		virotum
Volscum		Volscorum

VI. Apocope.

Apocope est, cum a fine dictionis aufertur syllaba, aut littera; quære ex Indice exempli in *men? nemon? nostin? tun?* pro *mene? nemone? nostine? tune?* item in genitivis nominum rectorum in *ius*, vel *ium*, ut *Absinthi*, *Afrani*, *Amuli*, *Antoni*, *Apici*, *Aquari*, *auxili*, *Bari*, *Carnuti*, *Cluti*, *Cornifici*, *consili*, *desideri*, *dispendi*, *Dionysi*, *Domiti*, *Horati*, *imperi*, *ingeni*, *Laberi*, *Licini*, *Lucreti*, *Memmi*, *Mezenti*, *Minuti*, *Numici*, *Pangti*, *Patavi*, *peculi*, *Pompili*, *remedi*, *Rbegi*, *Rupidi*, *Rutili*, *silenti*, *Tarquini*, *Tati*, *Treboni*, *Tuguri*, *Tulli*, *Turani*, *Vari*, *Volusi*, pro *Absinthii*, *Afranii*, &c. in quibus si retineretur duplex *ii*, & fieret contractio, esset *Synæresis*, sed solet abjici unum *jota*, & *Crafi* potius facta superscribi accentus circumflexus. Ad hanc figuram revocari potest elisio litteræ *S*, priscis usitata, de qua vide dicta in Appendicibus Regul. finitarum in *US*, & *IS*, & dativi in *ui*, abjecto *jota*, ut *fletu* pro *fletui*, *risu* pro *risui*.

VII. Synæresis.

Synæresis, seu *Synæphonesis*, *Episynalæphe* est, cum ex duabus syllabis una syllaba fit,

retentis duabus vocalibus, sed in unam coactis. Exempla in Indice nostro passim occurrent, videbisque facta esse monosyllaba, *cui, deest, Dii, Diis, iit, ait, dehinc, huic, proin, rei, & dissyllaba, arei, antehac, anteit, alveo, aureis, Brotheum, Celei, Cerea, deerat, deesse, deinde, deorsum, eadem, eisdem, eodem, ei, ferrei, hereat, genua, iisdem, iidem, iniit, Lynceis, mehercle, Mnestei, Matthæi, Nerei, Orphei, Orphea, Orpheum, omnia, proinde, petiit, Phaethon, Perseo, prebendo, prebensus, Pheacum, rejice, suavis, seipsa, seorsum, seorsus, suævus, suadet, tenuia, tenuis, Terei, Theseo, tenuantur, vehemens, Vultei; facta item trissyllaba hæc, Achillei, Aranei, anteivent, abiete, abiegnus, arietat, ariete, Atronium, consilium, Chananeus, denariis, duellicus, Ecclesia, Enipeo, Eurystheo, fluviorum, Matthæus, oriundus, Parnassius, pituita, perduelles, psalterium, Promethei, reprehendo, sibi, ipse, sinuatus, suavibus, Typhoea, vehementer, vestigiis, Ulyssæi; quadrissyllaba autem hæc, alvearia, anteambulo, anteeunte, cooperiunt, deerraverat, deposuerunt, parietibus, Theodoricus, Theodosius: denique pentasyllabicum duo deviginti.*

VIII. Crasis.

Crasis, græce κρᾶσις, est duarum, plurimve vocalium in unam coalescentium inclusio, sive illæ ante habuerint vim consonantis, aut diphthongum, vel synæresim effecerint, sive non. Ideoque vim habet producendi syllabam, quia plurium temporum vim in una inclusam continet. Hinc longa est prima in *biga, bobus, bucula, cotes, corus, cogo, cogito, cludo, Clodius, flarunt, flerunt, junior, mi, morunt, malo, majus, nil, ni, nonus,*

nus, noris, norunt, Plotius, quadriga, triga, & secunda in tibicen, & obedio, quia ante Crasim erant *bijuga, bovis, bovicula, cautes, Caurus, coago, coagito, claudio, Claudius, flaverunt, fleverunt, juvenior, mihi, moverunt, mavolo, nihil, nisi, novenus, noveris, noverunt, Plautius, quadrijuga, trijuga, tibiicen, obaudio*. Quapropter Gerardus Jo. Vossius lib. 2. Gramm. cap. 15. non subscribit Ausonio, qui contra veterum usum, & ad crasim non advertens, corripuit primam in *bobus*: videtur tamen utcunque excusabilis exemplo Lauretis, qui bis corripuit primam in *subus*, non obstante Crasi facta in vocabulo *suibus*; vide infra vers. 1290. & 1292. Non existimo tamen Crasim esse in *quis*, quia sita *quibus*, quod pace P. Ludovici Cavalli cap. 4. aliter putantis dixerim. Sed ideo quia ponitur pro antiquo *queis*. Sed nec in *graveolentia*; *sejunctim* enim legendum *grave*; sed per *synalæphen* elidendum.

Differt porro Crasis a *Synæresi*, quia in hac retinetur gemina vocalis ejusdem speciei, & a *diphthongo*, quia in hac retinentur duæ vocales diversæ speciei, & in neutra fit inclusio unius in altera, sed æque primo concurrunt ad constituendam syllabam unam. At in Crasi abjicitur de pluribus vocalibus aliqua, sic tamen, ut ejus vis lateat, & includatur in ea, quæ retinetur. Differt denique a *Syncope*, & *Aphæresi*, quia hæ fieri possunt, etiamsi non includatur vocalis una in altera; porro si *deest, cooperit, vehemens, prehensus, obiit*, retentis vocalibus geminis ejusdem speciei, fiat tamen ex illis una syllaba, erit *synæresis*; at si unam illarum extriveris, fecerisque *dest, coperit, vemens, prensus, obiit*, erit Crasis. In *adicit* tamen,

subicit, ac *deicit* pro *adjicit*, *subjicit*, *dejicit*,
primam correptam disces ex Indice nostro.

IX. Digressis.

Digressis, seu *Dialysis*, est dissolutio unius
syllabæ in duas syllabas; sic ex Indice no-
stro videbis a Poetis facta hæc trisyllaba, *Ca-
jus*, *clausus*, *gaudet*, *solvit*, *suemus*, *suetus*,
suetis, *sylug*, *suevi*, *Troja*, *Vejus*: quadrisyl-
laba hæc, *eneus*, *Cajanus*, *dissoluo*, *evoluo*,
jugale, *Sinuessæ*, *Tarpejus*; & quinesyllaba
hæc, *Agaunensis*, *dissoluenda*, *dissoluisse*, *per-
voluisse*, *elegeja*. Huc etiam revocanda esset
piruita, si dicta est a petendo vitam, & per
diceresim facta sit tetrasyllabum. Huc revo-
cant aliqui elisionem, seu abjectionem literæ
S, in fine usurpatam non semel ab antiquis,
ut docui in Appendicibus finitorum in IS,
& in US. Sed consule pro his Indicem, aut
potissimum nonæ Partis ver. 458. 471. 472.
511. 513. 866. 1230. 1259. 1382. 1383. 2190. pro
vocalibus, *solvit*, *clausus*, *gaudet*, *dissoluo*,
evoluo, *sylug*, *evoluisse*, *dissolvantur*, *dissol-
venda*, *dissoluisse*, *Sinuessæ*.

X. Metarthesis.

Metarthesis est commutatio ordinis in litte-
ris, aut syllabis, ut in *Evandre*, & *Thym-
bre*, pro *Evander*, & *Thymber*, & in *dare
circum*, vers. 652. pro *circundare*, & in *facit
are*, vers. 393. pro *arefacit*; & in *esse super*
pro *superesse*, & in *erit super* pro *supererit*,
& in *transtra per*, pro *per transtra*.

XI. Tmesis.

Tmesis, seu *DiaCOPE* est dictionis composi-
tæ

tæ sectio cum interpositione alterius dictionis, ut si dicas *deque dicatus*, pro & *dedicatus*, & *præque diem veniens*, pro & *præveniens diem*, ut Virg. Ecl. 8.

Nascere, præque diem veniens age Lucifer ortum.

Et Martial. lib. 1. epigr. sic *Argiletum* secuit :
Argi nempe soles subire letum. Phaleuc.

Et Horat. lib. 1. epist. 1. *Quadantenus.*

Est quadam prodire tenus, quo non datur ultra.

Alia exempla habes in Nonæ Partis versibus hic indicatis.

Vers. Dictione sexta. Tmesis.

40. *Detotondit. Deque totondit agros*
63. *Cerebrum. Cere comminuit brum.*
186. *Medicinam. Medi spernere cinam.*
277. *Lamentatrici. Lamen color atrici*
304. *Quacunque. Qua vi cunque.*
306. *Dissipatis. Dis que sipatis.*
313. *Quæcunque. Quæ decedunt corpora cunque.*
327. *Reapse. Re tamen apse.*
345. *Cujuscunque. Cujus vis cunque.*
348. *Interjecta. Inter enim jecta.*
370. *Interrumpere. Inter quasi rumpere.*
386. *Rarefacit. Rare que facit.*
543. *Supererunt. Super tibi erunt.*
643. *Hactenus. Hac Trojana tenus.*

Et apud Lucretium.

- Conglobata. Con que globata.*
Congregantur. Con que gregantur.
Computrescunt. Con que putrescunt.
Consuesfaciunt. Con brachia suesfaciunt.
Immerentes. In que merentes
Inualescunt. In que valescunt.

<i>Depetigo.</i>	<i>De que petigo.</i>
<i>Impeditus.</i>	<i>In que peditus.</i>
	Et apud Horatium.
<i>Quocunque.</i>	<i>Quo me cunque.</i>
	Et Aufonium.
<i>Antequam.</i>	<i>Ante equidem campis quam.</i>
	Et Rossettum.
<i>Interluit.</i>	<i>Inter Anas luit.</i>

XII. *Systole.*

Systole est contractio, seu correptio syllabæ alioquin longæ, sive necessitate metri, sive licentia, non sine concinnitate. Sic penultimam corripuere Poetæ in multis præteritis desinentibus in *erunt*, ut in *palluerunt*, *steterunt*, *tulerunt*, de quibus diximus Par. 5. Reg. 5. de Verborum Incremento, littera E.

XIII. *Diastole.*

Diastole est productio syllabæ alioquin brevis, sive necessitate metri, sive licentia fiat, quæ dicitur etiam *Ectasis*; ut in illo Juvenalis, ubi particula & producitur.

Et animam, & mentem, cum qua Dii nocte loquuntur.

Sic primam produxere in *Italiam*, *religio*, *reliquiæ*, *reperit*, *retulit*, quod melius fieri absque duplicatione consonantium diximus, cum de Epenthesi.

XIV. *Ectblipsis.*

Ectblipsis est cum littera M simul cum præcedente vocali eliditur sequente vocali, quod etsi plerumque fiat in fine dictionis, fit tamen & in medio in *circuitus*, pro *circumitus*.

Pri-

Prisci tamen aliquando retinebant M, & sequente vocali illam corripiebant, ut docui exemplis, dum de finitis in M, ubi etiam ostendi Ethlipsum fieri posse in monosyllabis, ut in *cum, dum, jam, nam, num, quem, sum, rum*. Græci in finitis in M non utuntur Ethlipfi.

XV. Synalæphe.

Synalæphe est cum vocalis, aut diphthongus in fine præcedentis dictionis absorbetur a vocali, aut diphthongo initiali sequentis dictionis, seu ita cum ea conjungitur, ut in illius sonum, & quantitatem transformetur. Et dicta est figura ἀπό τῆ συναλείφειν, quod est simul conjungere, seu conglutinare. Sic in sequente versu Virg. 2. Æn.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.
Secundus pes spondeus fit, ac si scriberetur *eromn*, & quintus pes dactylicus sic pronunciat, *quora te*. Si tamen post interjectiones *o, ab, heu*, & cui monosyllabum sequatur vocalis, aut diphthongus, non fit ordinarie *Synalæphe*, cujus rei exempla pete ex nostro Indice; inveni tamen factam in *heu* semel, & in vocativo *Linceu*. Vide Indicem.

Fit etiam *Synalæphe* in fine versus, si sequens versus a vocali, aut diphthongo incipiat, ut *Georg. 3.*

*Et spumas miscent argenti, vivaque sulphura,
Ideasque pices.*

In Epithaphiis antiquis leges, *intest, probatast*, pro *in te est*, & *probata est*: vide vers. 22. 191. 193. & sic de similibus.

XVI. Dialæphe.

Dialæphe est, cum in versu negligitur *Synalæ-*

nalœphe: in quo casu, si dictio, in qua negligitur synalœphe, desinat in vocalem longam, vel in diphthongum, utraque tamen potest corripi, beneficio Regulæ de vocali ante vocalem, etiamsi sequens dictio inciperet a diphthongo. Porro licet Dialœphe multo frequentior sit apud Græcos, quam apud Latinos Poetas, non pauca tamen exempla Latini suppeditant, quæ cum satis indicaverim Parte 2. Reg. de vocali ante vocalem, Append. 2. & Reg. 11. n. 5. superfluum hic fuerit illa repetere; unicum exemplum hoc loco adducam pro illis Grammaticis, quibus insolens videtur, vocativum nominis *Hyla*, quod longam habet ultimam, in eodem versu a Virgilio semel productum, & iterum correptum. Ecl. 6.

Clamassent; ut littus Hyla, Hyla omne sonaret.

Secundo enim loco corripuit ob vocalem ante vocalem, facta Dialœphe.

XVII. De Cæsura.

Cæsura est syllaba ultima dictionis polysyllabæ post pedem aliquem sic usurpata, ut aut per se stet, aut cum sequentis dictionis initiali syllaba alterum pedem efficiat; Sic in Pentametro Elegiaco syllaba post primos duos pedes abundans, si non sit monosyllabum, est cæsura; & nullus est hexameter concinnitate aliqua præditus, qui Cæsuræ beneficio pedes invicem connexos non habeat. Jam si versus habeat post primum pedem Cæsuram, dicitur *τριμίμετρος*, *Triemimeris*, latine semitertiaria, ut Ecl. 3. Virg.

Sicelides Muse, &c.

Ubi post dactylum *Siceli*, syllaba *des* velut a sua

a sua dictione cæsa, spectat sequentem spondeum *desmu*. Si vero post duos pedes sit Cæsuræ, dicitur *πενθημιμερῆς*, *Penthemimeris*, latine semiquinaria, ut 2. Æn.

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos. Nam post dactylum *Turnus ut*, & spondeum *infrac*, syllaba *tos* ad sequentem spondeum pertinet. Si autem post tres pedes fiat Cæsuræ, dicitur *ἑφθημιμερῆς*, *Hepthemimeris*, latine semifeptenaria, ut Æn. 1.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Siquidem post tres dactylos syllaba *tans*, spectat ad quartum dactylum *tans super*. Si denique post quatuor pedes fiat cæsuræ, vocatur *ἐννεμιμερῆς*, *Enneemimeris*, latine seminovitaria, ut 10. Æn.

Grajus homo infectos linguens profugus hymeneos.

Etenim post quatuor pedes syllaba *gus* pertinet ad dactylum *gus hyme*. Advertendum tamen cum Quintil. lib. 9. c. 4. Penthemimerim, Hepthemimerim, &c. non esse solam Cæsuram, sed pedes præcedentes cum Cæsuræ. Sic enim dicta est, quia Triemimeris est pars dimidia trium pedum; & Penthemimeris dimidia quinque pedum pars; & Hepthemimeris dimidia pars septem pedum; & Enneemimeris dimidia novem pedum. Græce quippe *ἡμιμῆς* significat semis, & *μερῆς* pars, & *τρῆς* tres, & *πέντε* quinque, & *ἑπτὰ* septem, & *ἐννέα* novem; quare si duplicaretur *Triemimeris*, fierent tres pedes; si *Penthemimeris*, quinque; si *Hepthemimeris*, septem; si *Enneemimeris*, novem pedes. Jam vero Diomedes lib. 3. non agnoscit nisi *Penthemimerim*, & *Hepthemimerim*, & loco aliarum addit sectionem Trochaicam, & Bucolicam, seu

seu Tetrapodiam. Trochaica est, cum post duos pedes sequitur Trocheus dictionem terminans, ut Æn. 2.

Infandum Regina jubes renovare dolorem.
Nam post duos spondeos *infandum Re*, sequitur *gina*, qui est Trocheus.

Bucolica sectio, seu Tetrapodia est, cum quartus pes hexametri sic est dactylus, ut eo terminetur dictio, ut 1. Æn.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Nam *super* non connectitur cum dactylo *Hectore*, nec est pars ejus. Quæ omnia considerarunt Grammatici, ut varietatem miram Carminum Homeri præcipue, & Virgilii nobis commendarent; quo enim crebrius variatur hæc Sectionum diversitas, eo minorem satietatem a similitudine oriri solitam continet poësis, ideoque majorem harmoniam efficit.

Appe. lix.

De vi Cæsura ad producendas syllabas.

Tanta est vis Cæsurae, ut syllaba aliqui brevis fieri possit longa, eo quod in ipsa divisione syllabæ a præcedenti pede quædam morula intercedat, & in transitu ad sequentes pedes lateat nescio quid plus temporis. Exempla ab Emmanuele adducta pro Cæsura in Triemimeri, Pentemimeri, Hephthemimeri, & Enneemimeri, in quibus Virgilius finita in US, & Is, produxit, sunt infra-scripta ex Æn. 4. 5. 10. ordinatim.

*Pectoribus inhians spirantia consulit exta.
Emicat Euryalus, O munere victor Amici.
Una, eademque via sanguis, animusque
sequuntur.*

Gra.

Grajus homo infectos linquens profugus hymeneos.

Sed nos longe plura attulimus Par. 4. in variis Appendicibus ad Regulas finitorum in E, T, L, R, IS, US; & eo Lectorem remittimus. Vide etiam Par. 2. Reg. II. n. 4.

XVIII. De Hellenismo.

Hellenismus, seu *Græcismus* est Græcica forma loquendi in Latium translata: ut si in declinatione nominum dicas in genitivo, *Arcados* pro *Arcadis*, *Matheſeos* pro *Matheſis*, *Tereos* pro *Terei*, & in accusativo *Platona*, *Heſtora*, *Cratera*, pro *Platonem*, *Heſtorem*, *Craterem*; & in accusativo plurali *Arcadas*, *Thracas*, pro *Arcades*, *Thraces*; aut si dicas, *noli certare duobus*, pro *cum duobus*; aut si dicas, *certa mori*, pro *certa moriendi*; aut si dicas, *fidens animi*, pro *fidens animo*; aut si *lucida vultum*, *stellatus tergora*, *flava comas*, pro *lucida vultu*, *flava comis*, &c. Qui modi loquendi non solum fecunditati, ac facilitati, sed etiam elegantiae carminum miro modo deserviunt.

Finis Partis Sextæ.

PARS SEPTIMA.

DE PEDIBUS 28.

DE VERSIBUS 60.

CAPUT I.

De Pedum Speciebus.

P*Es metricus* est dictio polysyllaba, certo syllabarum numero, quantitate, & ordine constituta.

In qua definitione genus sumitur a numero, species subalterna a quantitate, species infima, seu ultima differentia ab ordine. Quoad genus alii sunt dissyllabi, hoc est, duarum syllabarum; alii trissyllabi, nempe trium syllabarum, & hi vocantur simplices, alii compositi ex duobus dissyllabis, qui Græce tetrasyllabi, Latine quadrisyllabi dicuntur, videlicet quatuor syllabarum; alii compositi ex uno pede dissyllabo, & altero trissyllabo, qui Græce Pentasyllabi, Latine quinquesyllabi vocantur, nimirum quinque syllabarum; sed quinquesyllabi inusitati sunt, præter Dochimum, qui constat ex Jambo, & Cretico, servitque Oratoricæ compositioni, ad finiendam concinne periodum, cujusmodi est *Perhorrescerent*. Extant de Pedibus, ac Versibus copiosi tractatus Diomedis lib. 3. Servii in Centimetro, Terentiani Mauri, opere poetico de Metris, Antonii Goveani de versibus Terentianis, Herici Glareani de Metris Comicis, Petri Antesignani in præf. ad Terentium, Martiani Capellæ, Quintiani Stoæ epographe 1. c. 19. Aldi Manutii l. 4. Grammat. Hephæstionis Alexandrini, Julii Cæsaris Scaligeri lib. 1. c. 34. Poeticæ, & de Comicis dimensionibus, Erasmi Roterod. & Riccii de Metris Comicis, Emmanuelis Alvari sub finem Grammaticæ majoris, Jacobi Gretseri Profodiæ Græcæ c. 30. Jo. Verrepæi, Ludovici Cavalli in Janua Musarum a pag. 981. & aliorum multorum, ex quibus, & ex nostra Poetarum lectione selegimus quæ digna scitu arbitrati sumus. Incipiendo ergo a Pedibus, quantitatem syllabarum ipsis convenientem indicabimus majusculis litteris B, quæ brevem, & L, quæ longam syllabam indicabit, ordinatim eas collocando, juxta Pedum exigentiam.

Pedis

Pedis Diſſyllabi exempla.

Pyrrhichius	BB	<i>bene.</i>
Choræus, ſeu Trochæus	LB	<i>aſtra.</i>
Jambus	BL	<i>micant.</i>
Spondeus	LL	<i>nobis.</i>

Quem Cicero, & Quintilianus Choreum, multi Grammatici Trochæum vocant. Quem vero Cicero, & Quintilianus Trochæum, illi Tribrachym nominarunt, & Terentianus Pyrrhium, vocat etiam Dibrachym.

Pedis Triſyllabi exempla.

Tribrachys, ſeu Trochæus, ſeu Brachyſyllabus.	BBB	<i>facere.</i>
Moloffus, Hippeus, ſeu Trilon- gus, ſeu Heroicus.	LLL	<i>gaudentes.</i>
Dactylus, digito trinodi ſimilis	LBB	<i>Numina.</i>
Anapæſtus Antidactylus	BBL	<i>pereant.</i>
Amphibrachys, ideſt utrinque brevis, ſeu Leſbius	BLB	<i>Poema.</i>
Amphimacrus, utrinque longus, ſeu Creticus	LBL	<i>Pontifex.</i>
Bacchius Baccho facer	BLL	<i>dolores.</i>
Antibacchius, ſeu Rhodius	LLB	<i>dixere.</i>

Pedis Tetraſyllabi exempla.

Proceleuſmaticus, ſeu Dipyr- rhichius.	BBBB	<i>avidior.</i>
Diſpondeus	LLLL	<i>Oratores.</i>
Dichoreus	LBLB	<i>commodare.</i>
Dijambus	BLBL	<i>pater nitas.</i>
Choriambus	LBBL	<i>nobilitas.</i>
Antipaſtus, ſeu Jambichoreus	BLLB	<i>amaviſſe.</i>
Jonicus a majore, ſeu Spon- depyrrhicus	LLBB	<i>cantabere.</i>
Jonicus a minore, ſeu Pyrrhi- ſpondeus	BELL	<i>pueriles.</i>
Pæon 1. Chorepyrrhicus	LBBB	<i>aſpicere.</i>
Pæon 2. Jambipyrrhicus	BLBB	<i>docebere.</i>
Pæon 3. Pyrrhichoreus	BBLB	<i>moriemur.</i>
Pæon 4. Pyrrhiambus.	BBBL	<i>calamitas.</i>
Epitritus 1. Jambispondeus	BLLL	<i>reluctantes.</i>
Epitritus 2. Choreſpondeus	LBLL	<i>contuliſſent.</i>
Epitritus 3. Spondiambus	LLBL	<i>Clamaverant.</i>
Epitritus 4. Spondechoreus	LLLB	<i>conclamare.</i>

Appen-

Appendix de Comparibus Pedibus, &c.

Epitriti vocantur etiam Hippii; & nomen Epitriti penultimam brevem habet. *Compares* autem pedes, qui sunt totidem temporum, computatis simul longis syllabis, quæ duorum, & brevibus, quæ unius sunt temporis: quare Spondeo compar est Dactylus, Anapaustus, & Amphibrachys, & Proceleusmaticus; Choroico vero, & Jambo compar est Tribrachys; *Cretico* autem Bacchius, & Antibacchius.

C A P. II.

De Nominibus, ac speciebus Versuum
in Communi.

V*ersus*, seu *Carmen* est Oratio certo Pedum genere, numero, & ordine constans.

Dicitur autem versus a versura, quia eo absoluto non continuatur ejus pronuntiatio, aut scriptura per eundem tramitem, sed versura facta reditur ad initium sequentis orationis. At prosa quasi prosa, seu prorsus tendens usque ad finem marginis, dicitur.

Carmen vero a canendo, licet nomine Carminis sæpe non unicus versus, sed integrum poemation intelligatur; Metrum quoque Græce dicitur *μέτρον*, idest mensura, quod mensuris syllabarum sit alligatum; sic e contrario Prosa dicitur soluta oratio; & quia adstricti sunt versus certo numero Pedum, & modulis quantitatis syllabicæ, dicuntur *numeri*, & *modi*. Tandem Prosa dicitur oratio pedestris, quia soluta a frenis; at Versus oratio equestris, quia freno coerctetur quantitatis syllabicæ.

Differentiæ simplicium carminum sumuntur ab Auctoribus, seu Inventoribus, vel a materia, & argumento, cui ex primaria origine, & institutione deputata sunt, vel ab instrumentis musicis, vel a pedibus in versu prædominantibus, vel a numero syllabarum, Pedum, aut Carminum ejusdem, vel diversæ speciei, vel ab excessu, aut defectu syllabarum.

Ab *Auctoribus*. Sic *Alcaicum* ab Alcæo; *Anacreonticum* ab Anacreonte; *Aristophanicum* ab Aristophane; *Asclepiadeum* ab Asclepiade; *Glyconium* a Glycone; *Hipponacteum* ab Hipponacte; *Phalæcium* a Phalæco, vel Phaleuco; *Pherecratium* a Pherecrate; *Sapphicum* a poetria Sappho denominatum est. *Dithyrambicum* autem a Baccho, qui *διδύραμβος* dictus est: hoc est, bis e-

gref-

gressus ex utero matris, sive ille fuerit auctor carminis, sive quod aptum esset laudando Baccho cum furore quodam, & titubanti varietate carminum, ebriorum more.

A *Materia*. Sic *Heroicum* dictum est ab Heroum rebus gestis laudandis: *Elegiacum*, ἀπὸ τῆς ἐλεεινῆς, quod est lamentari: *Adonium* ab Adonis laudibus: *Satyricum* a procacitate Satyrorum, quam imitantur, qui libera acrimonia vitia hominum versu notant: *Comicum*, quod Comœdiæ; *Tragicum*, quod Tragœdiæ idoneum sit.

Ab *Instrumentis*. Sic *Lyricum* a lyra, quæ in hymnis concinendis adhiberi consuevit.

A *Pedibus prædominantibus*. Sic *Dactylicum* a Dactylis; *Anapesticum* ab Anapæstis; *Jambicum* a Jambis; *Choriambicum* a Choriambis; *Trochaicum* a Trochæis dictum est.

A *numero syllabarum*. Sic aliud *Pentasyllabum*, aliud *Hendecasyllabum* dicitur: quæ tamen sola differentia non sufficit distinguendis ultimo versibus.

A *numero Pedum*. Sic aliud *Hexametrum*, idest sex pedum, seu senarius versus; aliud *Pentametrum*, idest quinque Pedum; aliud dimetrum, quod dionorum, loquendo de simplicibus pedibus: nam si ex duobus pedibus fiat velut passus quidam, seu dipodia, tunc *Versus dimeter* dicitur, qui constat quaternis pedibus; *trimeter*, qui senis; *tetrameter*, qui octonis pedibus.

A *numero Versuum* cujuscumque speciei. Sic carmina quædam dicuntur *Monosticha*, unico versu contenta; quædam *Disticha*, quæ duobus; quædam *Tetraстicha*, quæ quatuor; quædam *Hexasticha*, quæ sex; quædam *Octasticha*, quæ octo; quædam *Decasticha*, quæ decem; quædam *Dodecastica*, quæ duodecim versibus continentur.

A *numero Specierum*, quæ permiscentur. Sic *Monocolon* dicitur, idest unius membri, seu unica speciei versuum constans; *Dicolon*, quod duabus speciebus, puta Hexametro, & Pentametro; *Tricolon*, quod tribus speciebus; *Tetracolon*, quod quatuor speciebus versuum constat, ut in diversis Odis Horatianis cernitur.

A *numero Versuum*, post quem reversio fit ad similem ordinem, numerumque carminum, seu ad eandem stropham. Sic *Monoστροφος* ode dicitur, quando est *Monocolos*, quia singulæ strophæ ejusdem speciei carmine continentur; *Distrophos*, quando post bina quæque diversa speciei carmina, reditur ad bina altera ejusdem speciei, & eodem ordine; *Tristrophos* autem, cum post ternos versus; & *Tetrasrophos*, quando post quaternos versus reversio fit ad similem stropham. Quare cum

tribus Sapphicis subjicitur Adonium, vocatur Ode *Dicolos*, *Tetraſtrophos*, quia duo genera carminum habet, licet verſuum numerus ſit quaternarius. Et ſi tria genera carminum, ſed quatuor verſus ſtropham conſtituant, dicitur *Tricolos Tetraſtrophos*. Demum ſi diverſæ ſpeciei ſtrophæ adhibeantur, ordine inverſo dicitur *Antiſtrophos* illa Ode.

A *Syllabarum* exceſſu, vel defectu. Sic carmen *Acaſtalecticum* dicitur, cum nihil abundat. *Hypercatalecticum*, ſeu *Hypermetrum*, quod una ſyllaba abundat; *Catalectum*, ſeu *Catalecticum*, cui deest una ſyllaba; at ſi deſit integer pes, dicitur *Brachycatalectum*.

C A P. II.

De Daſtylicis Verſibus.

Reg. I. De Hexametro, ſeu Heroico Carmine.

Hexametrum carmen, ſeu *Hexameter* verſus conſtat ſex pedibus, quorum quintus daſtylus eſt, ſextus Spondeus, reliqui Spondei, vel Daſtyli pro libito.

Sunt enim ſexdecim configurationes Hexametrorum, quatuor priorum Pedum, quas litteris D, Daſtylum, & S, ſpondeum indicantibus, ordinatim collocatis oſtendemus, modo infraſcripto.

DDDD	DSDD	SSSS	SDSS
DDDS	DSSS	SSSD	SDDD
DDSD	DSDS	SSDS	SDSD
DDSS	DSSD	SSDD	SSDS

Libet eodem ordine exempla ex Virgilio ſuppeditare, quorum primum ex 2. *Æn.* & nonum ex 1. *Æn.* reliqua ex prima *Ecloga* deſumemus.

Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere.
Tytire tu patula recubans ſub tegmine ſagi.
Nos patriam fugimus; tu Tytire lentus in umbra.
O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.
Sepe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.
Et penitus toto diviſos Orbe Britannos.
Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti.
Nos patriæ fines, nos dulcia linquimus arva.
Apparent vari nantes in gurgite vaſto.
Urbem, quæ dicunt Romam, Melibœe, putavi;
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.
Mirabar quod mæſta Deos, Amarylli, vocares.
 Quan-

*Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.
Sylvestrem tenui musam meditaris avena.
Fortunate senex, ergo tua rura manebunt.*

Appendices Quatuor.

I. Si quatuor priores pedes ita seorsim dissoluti sunt, ut nulla Cæsura invicem connectantur, hoc est, nec Triemimeri, nec Penthemimeri, nec Hephthemimeri, juxta dicta par. 6. n. 17. Hexameter frigidus, & exhibendus componetur: ut si dicas:

Vestro Musæ Phœbo dulces pangite versus.

Illico mulcent aures dulcia carmina Divum.

Sed nec nimia monosyllaba probantur.

II. Aliquando ad majestatem, gravitatemque, aut tarditatem, vel stuporem, languoremque exprimentum Hexameter quinto loco spondeum admittit, unde *Spondaicum* carmen vocatur; sed tunc quarto loco debet præcedere dactylus: neque enim probatur spondaicum illud Ennii:

Cives Romani nunc facti sunt Campani.

Aut Lucretii lib. 6.

An Cælum nobis natura ultro corrumpit?

Sed potius Virgiliana hæc imitabere

Ecl. 1. *Chara Deum soboles, magnum Jovis incrementum.*

Ecl. 5. *Pro molli viola, pro purpureo Narcisso.*

Ecl. 7. *Stant & juniperi, & castanea hirsute.*

Georg. 4. *Cecropiumque thymum, & graveolentia centaurea.*

Ibid. *Atque Getæ atque Hebrus atque Aſias Orithyia.*

Æn. 1. *Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchise.*

2 *Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.*

3 *Armatumque auro circumspicit Oriona.*

Ibid. *Cornua velatarum obvertimus antennarum.*

Ibid. *Cum sociis, natoque, Penatibus, & magnis Diis.*

7 *Aut læves ocreas lento ducunt argento.*

8 *Æneades magnos, & nobile Pallanteum.*

8 *Discedens, chlamydemque auro dedit intertextam.*

8 *Nec non & sacri monstrat nemus Argileti.*

9 *Et lucus late sacer additur Anchiseo.*

III. Non admittit tamen Hexametrum hoc aut Anapaestum, aut Proceleusmaticum: versus enim ad hos intrudendos adduci soliti plumbeo nituntur argumento, cum dictiones, in quibus videtur esse Anapaestus, sit spondeus, & ubi Proceleusmaticus, sit dactylus, facta scilicet synæresi. Itaque in versu Virg. 1. Georg. dictio *fluviorum* est trissyllaba.

Fluviorum Rex Eridanus, camposque per omnes.
 Et 2. *Æneid. abiete est dactylus, & parietibus dactylus cum syllaba.*

Ædificant, festaque intexunt abiete costas.

Herent parietibus scale, postesque sub ipsos.

Et *Æneid. 5. Genua est dissyllabum, ut alibi tenuia trissyllabum.*

Genua labant: vastos quatit eger anhelitus artus.
 Nec, ut putavit Terentianus Maurus, admittit Creticum; sunt enim Dactyli, non Cretici initio Virgilianorum horum;

Insula Jonio in magno, & solus hic inflexit sensus.

Extra omnem vero normam sunt, nec ullo modo imitandi versus illi Ennii a proceleusmatico initi, vel tribracho:

Capitibus nutantes platanos, rectasque cupressus.

Et apud Cicer. 1. de Divinat.

Subiit ipsa feris transfigens unguibus anguem.
 Sed neque quando Hexametrum Hypermetrum est, & abundat in fine una syllaba, idcirco pro spondeo admittit sexto loco pedem trissyllabum, nunquam enim id fit a probatis Poetis, nisi versus sequens incipiat a vocali, & Hypermeter desinat in vocalem, aut in M, ut possit fieri Synalœphe, aut Ecthlipis, & sic absorberi syllaba illa abundans. Exemplum habes in Virg. Georg. 1.

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,

Aut foliis undam.

Georg. 2. *Navigiis pinos, domibus, cedrosq; cupressosque Hinc radios.*

Si non tanta quies iret frigusque, caloremque Inter.

Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, Et sterile platani.

Georg. 3. *Omne adeo genus in terris, hominumq; ferarūq; Et genus equoreum.*

Et spumas miscent argenti, vivaque sulphura, Ideasque pices.

Æn. 1. Jactemur doceas: ignari hominumque, locorumque Erramus.

Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque Ære trabes.

Æn. 2. Quem non incusavi amens, hominumq; Deorumq; Aut quid in eversa.

Æn. 4. Omnia longævo similis, vocemque, coloremque, Et crines flavos.

Æn. 5. Et magnos mēbrorū artus, magna ossa, lacertosq; Induit.

Ibid. Robora navigiis aptant, remosque, rudentosque Exi-

Exigui numero.

Æn. 6. *Quos super alta silex jam jam lapsura cadentique
Imminet.*

Æn. 7. *Jamque iter emensi turres, & tecta Latinorum
Ardua cernebant.*

Et sic in cæteris hypermetris. Quod si versus sequens non incipiat a vocali, tunc alia figura opus erit, ut abundans illa syllaba absorbeat, puta synæresi, ut in versibus illis 6. Æn. contractis *omnia, alveo, & similibus* in dissyllaba.

*Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia.
Exturbat, laxatque foros, simul accipit alveo.*

Quamquam vitanda sit repetitio ejusdem literæ, aut syllabæ succedentis, nec fatis probentur versus illi, aut Ennii.

O Tite tute Tati tibi tanta Tyranne tulisti.

Aut Ciceronis.

O fortunatam natam me Consule Romam.

Nec Leonini versus, qui in Penthemimeri eundem sonum, seu similem desinentiam habent, heroica gravitate parum digni videntur, alia tamen occasione jucundi, & concinnitate rhythmô non absoni judicantur. Talis est ille Ovid. Epi. 8.

Vir precor uxori, frater succurre sorori.

Hexametrum Myurum Terentiano Mauro est, cum sexto loco ponitur Jambus: ut

*Hymnum quando chorus festo canit ore Trivia.
Balthus, & revocet volucres in pectore sinus.
Dirige odorisequos ad nota cubilia canes.*

Reg. II. De Pentametro, seu Elegiaco.

Pentametrum carmen constat quaternis pedibus integris, & duobus semipedibus monosyllabicis; quorum primi duo sunt vel dactyli, vel spondei pro arbitrio, cum una insuper syllaba longa, quæ *Cæsura*, vel *Comma*, vel *Semipes* dicitur; reliqui duo sunt dactyli cum una insuper syllaba.

Quare Pentametri formæ sunt quatuor. Aut enim priores duo pedes sunt spondei, aut dactyli, aut primus dactylus, secundus spondeus, aut primus spondeus, & secundus dactylus; quo ordine dabimus exempla Ovid. ex 1. Factor.

*Et vastum motu collabefactat onus.
Ocia Terra ferax, ocia Pontus habet.
Janitor egressus, introitusque videt.
None signa dabunt, exoriente lyra.*

H

Appen-

Appendix Triplex.

I. Sicut jucundissimi, & Ovidio usitatissimi sunt Pentametri, qui clauduntur distione dissyllaba, & post hos, qui pentasyllaba, dein qui tetrasyllaba, ita duriusculi, qui carent penthemimeri, seu quorum prius Hemistichium non terminatur cæsura, qualis est ille Catulli:

Troja virum, & virtutum omnium acerba cinis.
Et Diomedis.

Hæc quoque nostræ sententia mentis erat.

Sed & vitiosi sunt, qui sic monosyllabo terminantur, ut nec alterum monosyllabum præcedat, nec dissyllabum, nec vi synalœphes copuletur cum distione præcedenti. Itaque insulsam Pentametrum illud Catulli est.

Aut facere: hæc a te dictaque, factaque sunt.

At si terminetur duobus monosyllabis, non est vitiosum; sic Naso 5. Trist. eleg. 8.

Premia si studio consequar ista, sat est.

Nec si dissyllabum, nempe Pyrrhichius præcedat monosyllabo: sic idem 1. de Pont. eleg. 6.

Omnis at in magnos culpa Deos scelus est.

Et Martial. lib. 2. epigr. 56.

Sunt hæc trita quidem, Zoile, sed mea sunt.

Nec denique culpatur, si monosyllabum illud coeat cum præcedenti vocabulo, ut apud Ovid.

Et tantum constans in levitate sua est.

Numina mutarunt; hic Deus, illa Dea est.

II. Pentametri prius Hemistichium syllaba longa terminandum est: quare si ea sit aliunde brevis, poterit tamen vi Cæsura evadere longa: ut apud Ovidium.

Arte levis curvus, arte regendus amor.

Indigus effectus omnibus ipse magis.

Et Propertium.

Aut pudet: ingenuus aut retinendus amor.

Sed nisi præverit exemplum Poetæ Classici, aut necessitas, vel insignis elegantia carminis requirat hoc, non est facile audendum Latinis Poetis, qui in hoc religiosiores sunt, quam Græci, sicut & in terminanda sententia Pentametri; rarissime enim Latini sententiam post Pentametrum suspensam relinquunt, sequenti versu, aut disticho absolvendam. Fecit tamen hoc Ausonius, Catullus, & Ovidius eo Fastorum versu, qui incipit, *Institeram*. At Græci liberiores sunt in Cæsura syllabæ brevis producenda, & in differenda sententiæ perfectione ad sequentes versus, sicut & Pentametrum

ter-

terminant crebro distione trissyllaba, ut noster Greterus observavit in Callimacho, Theognide, Tyrtæo, & in Anthologia Græcorum Epigrammatum.

III. Quidam Pentametrum ita metiuntur, ut primi duo pedes sint vel dactyli, vel spondei, tertius semper spondeus, quartus, & quintus anapæsti, quæ ratio probatur Quintil. lib. 9. cap. 4. nec reprobatur ab Emmanuele, imo præponitur a Ludovico Cavallo. At hoc modo præbetur ansa negligendi Cæsuras priorem, & insulsam Pentametrum compingendi; præterquam quod & facilius est ratio metiendi posteriorem partem per dactylos, & ipse Cavallus collocat, & recte Pentametrum sub genere dactylicorum versuum. Porro et si plerumque Pentameter alternatim subjicitur Hexametrum; aliquando tamen solis Pentametris Epigrammata inveniuntur, ut apud Aufonium in Thaletis sententiis; & Virgilius post Hexametrum, quatuor continue Pentametros subjunxit, ut refert Donatus in ipsius vita, cum cecinit:

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores:

Sic vos non vobis nidificatis aves.

Sic vos non vobis vellera fertis oves.

Sic vos non vobis mellificatis apes.

Sic vos non vobis fertis aratra boves.

Reg. III. De Carmine Adonio.

A Donium, seu Adonicum carmen constat dactylo, & spondeo.

Quod carmen, etsi solet post ternos quosque sapphicos subjici, ut in variis Ecclesiæ hymnis, præcipue S. Jo: Baptistæ; & apud Horat. l. 1. Od. 2. & l. 4. Od. 2. solitarie tamen adhiberi potest non sine jucunditate, ut præstitit Boet. lib. 1. metr. 7. sic:

Nubibus atris

Condita, nullum

Fundere possunt

Sidera lumen, &c.

Alia etiam forma interspergitur Anapæsticis, aut aliis veluti strophis claudendis, exemplo Senecæ in Medea act. 2. in Choro, act. 3.

Porro Adonio primo omnium assuefaciendi sunt Tirones, tanquam facillimo, & præludio cuidam ad Hexametra.

Reg. IV. De Dactylicis Hymeniaco, Archilochio, Glyconio, & Pherecratio.

Dactylicum Hymeniaticum constat duobus dactylis hoc modo.

*Creditur aurei
Cantus Apollinis
Insuperabili
Abdita pectoris
Vincere carmine.*

2. *Dactylicum Archilochium* est posterius semipentametrum, idest duo dactyli cum syllaba: ideoque dimetrum Hypercatalectum; hoc modo:

*Nectareumque melos
Nestoris ore bibit.*

Et Hor. lib. 4. Od. 7.

Pulvis, & umbra sumus.

3. *Glyconium* carmen habet primo loco spondeum, deinde duos dactylos: aliquando autem primo loco Choreum, raro Jambum.

Habes exemplum in Sen. Thyest. act. 2.

*Illi mors gravis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi.*

Et apud Hor. lib. 1. Od. 15.

Ignis Iliacas domos.

Et apud Boet. lib. 2. metr. 3.

*O felix hominum genus,
Si vestros animos amor,
Quo cælum regitur, regat.*

Qui eodem lib. metr. 3. alternis Sapphicis Glyconium sternens cecinerat.

*Cum Polo Phœbus roseis quadrigis
Lucem spargere cœperit,
Pallet albentes hebetata vultus
Flammis stella prementibus.*

Sed Horat. utitur alternatim Glyconiis ante Asclepiadeos, ut lib. 1. Od. 3. lib. 3. Od. 24. lib. 4. Od. 3. vel illo utitur in quarto stropharum loco, ut lib. 1. Od. 5. & 6. & Boet. lib. 1. metr. 6. lib. 2. metr. 8. l. 3. metr. 12. lib. 5. metr. 3. Qui etiam lib. 4. toto metr. 3. primo loco Glyconii usurpat pro spondeo choreum.

Vela Navitii ducis,

Et vagas pelago rates, &c.

Sed & Sen. in 4. Choro Oedipi tricies posuit Choreum primo loco, quod & sæpe fecit Catullus; rarius Horatius; ut in illo *Ignis Iliacas domos*. Imo Seneca aliquando secundo loco spondeum adhibuit.

4. *Pherecratium* a Pherecrate inventum tres habet pedes, quorum primus est spondeus, secundus dactylus, tertius spondeus: primo tamen loco admittit, sed raro, Choreum, Jambum, vel Anapæstum, hoc modo.

Sper-

*Spernunt fulmina Lauri,
Spernit verbera Pontus.*

Horatius autem Pherecratium binis Asclepiadeis sub-
jicit sæpe, ut lib. 1. Od. 5. at uni Asclepiadeo Boe-
tius lib. 2. metr. 2. sic:

*Si quantas rapidis fluctibus incitas
Pontus versat arenas,
Aut quot stelliferis edita noctibus
Cælo sidera fulgent;
Tantas fundat opes, nec retrahat manum
Pleno copia cornu,
Humanum miseris haud ideo genus.
Cesset flere querelas.*

Reg. V. De Dactylicis Alcmanicis, & Phalisco.

1. **A**lcmanicum Catalecticum ab Alcmane Poeta in-
ventum constat syllaba una longa, duobus
dactylis, & spondeo, quo utitur Boet. lib. 3. metr. 5.
Exemplum sit hoc:

*Jam fundite stertibus ora,
Jam tundite pectora palmis.*

2. Alcmanicum Acatalecticum constat quatuor pe-
dibus integris, quorum priores duo dactyli, aut spon-
dei, tertius perpetuo dactylus, & quartus spondeus;
ut apud Horat. lib. 2. Od. 2.

*Aut Ephesum, bimariseve Corinthi.
Sic tristes affatus amicos.*

3. Alcmanicum trimetrum Hypercatalecticum con-
stat tribus dactylis, & una syllaba; quo utitur Pru-
dent. Hymn. 3. Cathemerinon.

*Te quoque luce sub occidua
Sumere cum monet hora cibum,
Nostra Deus canit harmonia.*

4. Dactylicum Phaliscum tetrametrum constat tri-
bus dactylis, & jambo sic:

Talia docta Phalisca legimus.

Reg. VI. De Dactylicis Alcaicis.

1. **A**lcaicum Dactylicum ab Alcaeo Poeta inventum
constat quatuor pedibus, & semipede, seu cæ-
sura longa in medio, a qua dicitur meshypercatale-
ctum, quorum primus spondeus, vel jambus est, se-
cundus jambus, dein syllaba longa; reliqui pedes
sunt duo dactyli.

Habes exemplum apud Claudianum in nuptiis Ho-
norii, ubi ter primo loco habet jambum; sed & apud

Horat. l. 1. Od. 9. & l. 2. Od. 2. & 13.

Vides, ut alta stet nive candidum

Soracte, nec jam sustineant onus.

Et l. 3. Od. 1.

Odi profanum vulgus, & arceo.

Favete linguis, carmina non prius.

2. *Alcaicum Acatalecticum Dactylotrchaicum* constat duobus dactylis, & deinde duobus trochæis, seu choreis.

Quo non semel Horatius Strophas claudit, ut l. 1. Od. 9. l. 2. Od. 1. l. 3. Od. 1. de quo vide Scaliger.

l. 2. Poeticæ cap. 17. Exemplum sit:

Jupiter in Ganymede flavo,

Flumina constiterint acuto.

Reg. VII. De Dactylicis Asclepiadeis.

1. **A** *Asclepiadeum* ab Asclepiade inventum tetrametrum Meshypercatalectum constat quaternis pedibus, & syllaba in medio longa, sic ut primus pes sit spondeus, & raro dactylus, secundus dactylus, dein syllaba longa, reliqui dactyli.

Qui vero illud sub Coriambicorum genere collocant, dicunt constare spondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio: sed cum priore loco apud Senecam, & Martianum Capellam admittit dactylum, qui est compar spondeo, & facilior sit nostra ratio illud construendi, ac dimetiendi, rectius sub dactylicis collocatur. Utitur hoc Horatius frequenter; ut l. 1. Od. 1.

Mecenas aravis edite Regibus,

O & praesidium, & dulce decus meum,

Sunt, quos curriculo pulverem olympicum, &c.

Quod si me Lyricis vatibus inseris,

Sublimi feriam sidera vertice.

Et l. 1. Od. 3. & 6. & l. 3. Od. 3. l. 4. Od. 8. Item Seneca in Thyest. Chor. 2. in Agam. Chor. 4. in Oedip. act. 3. & Boet. l. 2. met. 2. & l. 3. met. 8. Non admittit tamen Horatius secundo loco Tribachym, cum non sit dactylo compar: sed casuræ privilegio produxit ultimam in Verbo *perrupit*, dicens:

Perrupit Acheronta herculeus labor.

Apud Græcos primo loco admisisse videtur tum choreum, tum jambum, ut colligitur ex duobus versibus apud Hephæstionem, quos affert etiam Gretser. cap. 30. ubi de Asclepiadeo.

2. *Asclepiadeum Catalectum* non differt a præcedenti, nisi defectu unius syllabæ in fine, adeo ut videatur terminari dactylo, & spondeo, ut si diceret:

Me-

*Mecenas atavis inclyte sceptris.
Quod si me lyricis Vatibus infers,
Sublimi feriam sidera fronte.*

Sic Boetius lib. 1. met. 2.

*Heu! quam præcipiti mersa profundo
Mens habet, & propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras.*

Ubi vides primis duobus locis admissos indifferenter dactylos, ac spondeos, tanquam pedes invicem compares.

C A P. IV.

De Hendecasyllabis Versibus.

Quoniam Asclepiadeum Catalecticum ordinarie est undecim syllabarum, licet possit esse etiam duodecim, placuit gradum hinc facere ad tres Hendecasyllabi species, quæ persimilem habent harmoniam, ut nisi attentior sis, confundi facile possint, aut certe de industria misceri. Sunt autem Sapphicum, Phalæcium, & Hipponactæum carmen.

Reg. I. De Sapphico Carmine.

Sapphicum Carmen a Sappho Poetria inventum habet primo loco choreum, secundo spondeum, tertio dactylum, quarto, & quinto choreum, & in Odis, atque Hymnis solet terno cuique Sapphico inseri Adonium, velut clausula strophæ.

Vide Horat. l. 1. Od. 2. 10. 12. 20. & l. 4. Od. 2. ubi sic:

*Pindarum quisquis studet emulari,
Jule, ceratis ope Dedalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina Ponto.*

Solis tamen Sapphicus utitur Seneca in Agam. Chor. 3. Catul. & Boet. l. 2. metr. 6. Stat. l. 4. Sylv. 7. Secundo tamen loco admittit tum choreum, tum dactylum: nam Sappho ipsa, & vetusta lex hujus carminis, ut asserit Scalig. l. 2. c. 16. & Gretferus c. 30. choreo utebatur, quod & Catullus non semel fecit, ut cum cecinit ad Furium, & Aurelium scribens:

*Otium Catulle tibi molestum est.
Seu Sacas, Sagittiferosque Parthos.
Pauca nunciate mea Puella.*

Seneca autem Sapphus imitator secundo loco dactylum recipit: ut act. 3. Med. & Troad. in Chor.

Sumere innumeras solitum figuras,

An ferax varii lapidis Carystos.

Imo Seneca, ut observavit Delrius, primo loco recipit spondeum, dactylum, & anapæstum, & secundo jambum. Non admittitur tamen tertio loco tribrachus: exempla enim in contrarium nihil probant, cum in ipsis cæsura post secundum pedem syllabam alioquin brevem producat, ut in Horat. lib. 3. Od. 8.

Docte sermonis utriusque lingue.

Et in Senecæ Medea Chor. 3.

Uxor impendit animum marito.

Et in Statio 4. Sylv. 7.

Fortis Herois Exato labores.

Elegantius enim, ac jucundius si post secundum pedem cæsura sit, ac duriusculum, si ea caret, ut videre est in adductis supra ex Catullo, & mox adducendis.

Demum Sappho quarto loco, sed raro usa est spondeo, ut ostendit Gretferus.

Appendix.

Aliquando more Græcorum in fine Sapphici secatur distio, & pars ejus in sequens Sapphicum, aut Adonium rejicitur. Ita Catullus.

Gallicum Rhenum, horribilesque & ultimosque Britannos.

Et Horatius lib. 2. Od. 1.

Labitur ripa, Jove non probante, Uxorius amnis.

Et lib. 2. Od. 16.

Grosche non gemmis, neque purpura venale, nec auro.

Ibid. *Mugiunt vacce: tibi tollit hinnitum apta quadrigis equa: te bis Afro.*

Et lib. 4. Od. 2.

Plorat, & vires animosque, moresque Aureos deducit in astra, nigroque invidet Orco.

Quæ licet Hæphestioni displiceant, non tamen culpanda, si raro usurpentur.

Reg. II. De Phalæcio.

Phalæcium a Phaleto, seu Phaleucium, seu Phalecium quinque pedes habet, nempe spondeum, dactylum, & tres choreos; & antonomastice vocatur hendecasyllabum, quia sine elisione, & collisione syllabas undecim habet.

Utitur illo Statius l. 1. Sylv. ult. l. 2. Sylv. 7. l. 4. Sylv. 9. Martial. sæpissime, ut l. x. epig. 50. 54. 67. 135. & lib. 2. epigr.

epigr. 41. & lib. 4. epigr. 46. & Boet. lib. 1. met. 4. Sed
esto Martialis exemplum lib. 1.

Hic est, quem legis, ille, quem requiris,

Toto notus in Orbe Martialis,

Arguis Epigrammaton libellis.

Catullus autem in hoc versu laxior est, cum primo
loco admittat anapæstum semel: dactylum bis: cho-
reum duodecies: jambum pene tricies. At Seneca in
Oedip. 2. Choro semel anapæstum secundo loco po-
suit. Martialis quoque videtur primo loco recepisse
jambum lib. 2. epigr. 5. si legas:

Iter jungere quæris ad Camœnas,
potius quam Interjungere quæris ad Camœnas.

Et lib. 3. epigr. 21.

Veterno, resinaque pigriores.

Imo choreum lib. 3. ep. 2. si croco, non cocco legen-
dum sit:

Et croco rubeat superbus index.

Jambi, chorei, & anapæsti in prima sede exempla a-
pud Catullum sunt:

Cui dono lepidum novum libellum,

Arido modo pumice expolitur.

Mêas esse aliquid putare nugas.

Reg. III. De Hipponacte.

Hipponactæum jambicum est trimetrum catalecti-
cum: constat quinque pedibus, & una insuper
syllaba in fine, videlicet quinque jambis cum sylla-
ba; sed primo, ac tertio loco recipit spondeum.

Tale fuit elegantissimum illud tempore Claudii Im-
peratoris editum.

Ternos vetusti congios falerni

Uno die conviviis peractis

Hausit potentum Romuli nepotum

Regnator audax, arbiterque Regum.

Exinde plebs Quiritum vocavit

Non Claudium Tiberium Neronem,

Sed Caldium Biberium Meronem

Animadvertis lector, quam simili harmonia concin-
nant tres prædictæ species Hendecasyllaborum, nem-
pe Sapphicum, Phaleucium, & Hipponactæum.

C A P. V.

De Anapæsticis.

I. **A**napæsticum Archilochium constat pedibus qua-
tuor, sive anapæsti sint, sive illi compares,

H 5

nem-

nempe aut spondeus, aut dactylus, aut Proceleusmaticus; adeo ut aliquando nullos habeat anapæstos.

Utitur his Boetius l. 2. metr. 2. & 5. l. 3. metr. 2. l. 3. metr. 5. l. 5. metr. 3. Et Seneca non raro in Tragediis, ex quo in Hercule Furere Choro 2. fit exemplum.

Turbine magno spes sollicitæ

Urbibus errant, trepidique metus.

Ille superbos aditus Regum

Durasque fores expers somni

Colit, ac nullo sine beatus

Componit opes, Gazis inhians;

Et congesto pauper in auro est.

Censetur hoc carmen elegantius, si cæsuris careat. Seneca illi aliquando interserit Adonium, quem nos imitati olim sic sumus.

Cingite lauro tempora vates,

Quos perpetuis Pimple lymphis

Aureus. ulro, rutilusque comas

Ditat Apollo.

2. Anapesticum Partheniacum, est Catalecticum, & differt ab Archilochio. solo defectu unius syllabæ in fine.

Hoc vero usus est Boet. lib. 2. metr. 5. & Martianus Capella lib. 2. Esto exemplum hoc:

Caput artubus inelyta Virgo.

Felix nimium prior etas.

Qui se volet esse potentem.

3. Anapesticum Anacreonticum constat Anapæsto, Jambo, & Bacchio, ut apud Claudianum in Nuptiis Honorii Ode 2.

Age cuncta nuptiali

Redimita vere Tellus.

C A P. VI.

De Jambicis Versibus.

Hic repetendum est, Græcos metro uno dipodiam complecti: quare quos Latini Binarios jambicos, idest duorum pedum, illi monometros, & quaternarios dimetros, & Senarios trimetros, & Octonarios tetrametros vocant.

Reg. I. De Jambicis Dimetro perfecto Minoribus.

1. **M**onometrum Acatalecticum duobus jambis constat hoc modo:

Amæ

Ana Deum.

Cole Patrem.

Cave malum.

Tene bonum.

2. *Jambicum Aristophanicum* est monometrum hypercatalectum; constatque duobus jambis, & una insuper syllaba in fine: recipit tamen primo loco spondeum sic:

Fluit silenti

Valles per imas

Gradu Metaurus.

3. *Jambicum Euripidicum* est dimetrum brachycatalectum, nam constat tribus jambis, quamvis recipiat primo loco, & tertio spondeum, sic:

Ave maris stella,

Dei Mater alma.

4. *Jambicum Anacreonticum* est dimetrum catalectum, constans tribus jambis, & præterea una in fine syllaba; ita tamen, ut primo loco admittat spondeum. Utitur hoc versu Theocritus Idyll. 27. Senec. Chor. 2. Oedip. Boet. l. 2. metr. 4. Laert. in Bione, & Anacreon in Cicada, & alibi, sic:

O ter, quaterque felix

Cicada, quæ supremis

In arborum vivetis,

Roris parum ut bibisti,

Cantare dulce gaudes, &c.

Apud Prudentium hymno 6. Cather. admittit primo loco etiam anapæstum.

5. *Jambicum Boetianum* dimetrum est, sed catalectum, & constat anapæsto, duobus jambis, & syllaba in fine, hac formula ex Boet. l. 3. metr. 7.

Habet hoc voluptas omnis,

Stimulis agit furentes,

Apiumque par volantum,

Ubi grata mella fudit,

Fugit, & nimis renaci

Ferit ista cauda morsu.

Reg. II. De Jambicis Dimetris.

J*Jambicum Archilochium* dimetrum acatalecticum constat quatuor pedibus; quorum pares secundus, & quartus debent esse jambi, aut tribrachi; primus, & tertius, idest imparibus locis siti, possunt esse vel jambi, vel spondei, & rarissime anapæsti, aut tribrachi.

Extant hujus exempla passim apud Græcos, & Latinos:

tinus : est enim usitatissimum in Odis , & Hymnis .
Horatius sæpe illud alternatim subjicit Senario jambico , ut lib. 5. in Epod.

Ut prisca Gens mortalium .

Solutus omni fœnore .

Potentiorum limina .

Videre properantes domum .

In Hymnis autem a S. Ambrosio , Boetio , aut Prudentio constructis utitur Ecclesia Catholica Jambicis hujusmodi per strophas tetrastras distributis in Horis Canonicis , & alibi frequentissime , quibus tamen Urbanus VIII. Pont. Max. correctionem alicubi adhibuit . Elegantissima sunt illa in hymno Sabbathi ante Dominicam Passionis .

Vexilla Regis prodeunt ,

Fulget Crucis mysterium ,

Qua vita mortem pertulit ,

Et morte vitam protulit .

Et in Hymno Vespertino ante Dominicam in Albis .

Divina cujus charitas

Sacrum propinat sanguinem ,

Almique membra corporis

Amor Sacerdos immolat .

Denique quid elegantius illo Hymno Boetiano , qui canitur in Laudibus Feriæ quartæ ?

Nox , & tenebræ , & nubila ,

Confusa mundi , & turbida

Lux intrat , abescit Polus ,

Christus venit : discedite .

Caligo terræ scinditur

Percussa Solis spiculo ;

Rebusque jam color redit

Vultu nitentis sideris .

Te Christe solum novimus :

Te mente pura , & simplici

Flendo , & canendo quesumus ,

Intende nostris sensibus .

Sunt multa fucis illita ,

Quæ luce purgentur tua :

Tu lux Eoi sideris

Vultu sereno illumina .

Prima enim in Eoi communis est : esto Urbanus Oflavus considerans plerumque longam esse , reposuerit hoc carmen :

Tu vera lux Cælestium .

2. Jambicum Archilochium Dimetrum Hypercataleum , quo sæpe utitur Horatius tertio Stropharum loco , constat quatuor pedibus , & una in fine syllaba ;

ex quibus secundus, & quartus jambi sunt, reliqui vel jambi, vel spondei. Vide Horat. l. 1. Od. 9. lib. 2. Od. 1. lib. 3. Od. 2. lib. 4. Od. 4. Sit exemplum.
Sylvæ laborantes, geluque.

Reg. III. De Jambicis Trimeteris.

1. **J**ambicum Trimeterum Brachycatalectum quinque habet pedes, quorum secundus, & quartus, quintusque jambi, reliqui jambi, aut spondei, sed vix est in usu. Sit tamen exemplum.

Premi potest bonus, non opprimi.

2. Jambicum Hipponacteum est Trimeterum Catalecticum, de quo satis in Hendecasyllabis c. 4. Reg. 3.

3. Jambicum Trimeterum Acatalecticum, qui versus fenarius jambicus Latinis dicitur, aut purum, & simplex est, & constat sex jambis, a quibus velocitatem quandam recipit.

Tale est illud Catulli:

*Phaselus ille, quem videtis hospites,
 Ait fuisse navium celerrimus.*

Et Horatius in Epodis:

*Beatus ille, qui procul negotiis,
 Forumque vitat, & superba civium.*

& *Mala soluta navis exit alite.*

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

4. At si mixtum est, cujusmodi est jambicum Tragicum, ad celeritatem compescendam, & gravitatem avertendam, locis quidem paribus requirit jambum, & secundo, ac quarto nonnunquam, & sexto admittit comparem tribrachym, sed locis imparibus recipit tribrachym, spondeum, & aliquando compares pedes, nempe anapæstum, & dactylum, raroque proceleusmaticum. Horum omnium exempla sunt.

Ex Horat. Epod.

Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem.

Ex Seneca.

*Cura leves loquuntur, ingentes stupent.
 Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.*

In Hippolyto.

Alium silere quod voles, primus sile.

In Agamemni.

*Nam sera non est ad bonos mores via.
 Quem pœnitet peccasse, pœne est ut innocens.*

In Medea.

Fortuna opes auferre, non animum potest.

Iniqua nunquam Regna perpetua manent.

Sed tu malarum machinatrix facinorum,

Vix

Virile robur, nulla fama memoria.

Comicum autem Jambicum quia Profæ, & sermoni sumpto de trivio quam maxime accedit, etiam in locis paribus spondeum recipit, ita ut excepto ultimo pede, qui debet ordinarie esse jambus, in reliquis apud Latinos Comicos indifferenter admittat jambum, tribrachym, spondeum, dactylum, anapæstum, & aliquando creticum, & amphibrachum, & proceleusmaticum. Hi enim duo compares sunt spondeo. De quo discrimine inter Tragicos, & Comicos versus eleganter Terentianus Maurus, jambicis & ipse versus utens sic differit in opere Poetico de Metris.

*Culpatur autem versus in Tragædiis,
Et rarus intrat ex Jambis omnibus,
Ut ille contra, qui secundo, & talibus
Spondeon, aut quem Comparem receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Ut que loquuntur sumpta de vita pures,
Vitiant Jambum tractibus spondaicis,
Et in secundo, & cæteris æque locis;
Fidemque fectis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia,
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque versus a solutis differant.
Magis ista nostri; nam fere Græcis tenax
Cura est Jambi, vel novellis Comicis,
Vel qui in vetusta præluent Comædia.*

Scite utique: nam inter Græcos Aristophanes, ac Menander servant fere legem jambici Tragici, etiam si sint Comædiographi.

Appendix de Comicis.

5. Nonnulli sunt versus apud Plautum, ac Terentium, quos Erasmus osor Cretici pro libito correxit; at Julius Cæsar Scaliger, & Antesignanus, & Simeon Verrepæus, & Glareanus, & Vossius, & Cavallus admiserunt creticum: ut in eo Terentii in Eun. act. 1. Sc. 2. pes primus est proceleusmaticus, secundus creticus, quartus dactylus, quintus anapæstus.

Cupio aliquos pacare animos beneficio meo.

Et in Andria 1. Sc. 1. tertius pes est dactylus, quartus creticus.

Pro uxore habere hanc peregrinam, ego illud sedulo.
Et in Eunuchi Prologo versus est quinque spondeis, & jambo constans.

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.
Et

Et in Andria primus pes anapæstus, secundus dactylus in eo versu:

Nihil isthac opus est arte ad hanc rem, quam paro.
Et ibidem pes primus anapæstus, secundus proceleusmaticus, quartus anapæstus, vel tribrachys in eo versu:

Mala mens, malus animus, quæ quidē ego si sensero.
Et in Andria priore loco habemus proceleusmaticum, versu illo:

Tibi generum firmum, & filia invenies virum.
Observavi etiam admitti amphibrachum, utpote comparem spondeo, ut in illo Phormionis, in quo tertius pes est amphibrachys, quartus tribrachys.

Qui sepe propter invidiam adimunt diviti.
Et in Andria act. 1. sc. 1. primus versus est amphibrachus, secundus spondeus, tertius, & quartus dactylus.

Sine invidia laudem invenias, & amicos pares.
Sed oportet per synæresim invidia esse trissyllabum, sicut fuit est monosyllabum in sequenti versu, & primus pes dactylus, & quartus creticus.

Liberius vivendi fuit potestas; nam antea.
Neque enim in dictionibus invidia, vivendi, &c. opus est elidere V consonantem, ut fecere Scaliger, & Cavallus, aliter metiri non valentes, quia non advertere aut ad hanc synæresim, aut ad amphibrachi æquipollentiam.

Sunt & alii versus, in quibus legendum pro opus est, opust, & pro similis est, similist; & pro senex est, senext. Rursus ille versus in Andria act. 3. sc. 3. non elisione l in voce illius, ut habens anapæstum; sed ita metiendus est, ut perpetuo sit trissyllabum; & tertius pes sit anapæstus, quartus Tribrachys.

Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.
Postremo advertas, jambicis versibus insertos esse aliquando trochaicos, & pro senariis octonarios adhibitos, quos solenter distinguere opus erit. De Bacchio autem, & Paone, quem Glareanus, & Antesignanus non omnino rejiciunt, mihi satis non liquet. Est tamen ex eodem Glareano typus triplicis senarii jambici in sequenti tabella.

Senarij Jambici formæ tres.

Prima simplicissima.

Ordo	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
Pedum	Jamb.	Jamb.	Jamb.	Jamb.	Jamb.	Jamb.
						Se-

Secunda forma Communis Græcis, ac Latinis,
sive Tragicis, sive aliis.

<i>Ordo Pedum</i>	I.	II.	III.
	Jamb.	Jamb.	Jamb.
	Tribrach.	Tribrach.	Tribrach.
	Spondeus		Spondeus
	Dactylus		Dactylus
	Anapæstus		Anapæstus
	Proceleusmaticus		Proceleusmat.

<i>Ordo Pedum</i>	IV.	V.	VI.
	Jamb.	Jamb.	Jamb.
	Tribrach.	Tribrach.	Tribrach.
		Spondeus	
		Dactylus	
		Anapæst.	
	Proceleusmaticus.		

Tertia forma licentiosissima, in quam excurrunt
aliquando Comici.

<i>Ordo Pedum</i>	I.	II.	III.
	Jamb.	Jamb.	Jamb.
	Tribrach.	Tribrach.	Tribrach.
	Spondeus	Spondeus	Spondeus
	Anapæstus	Anapæstus	Anapæstus
	Dactylus	Dactylus	Dactylus
	Creticus	Creticus	Creticus
	Proceleusm.	Proceleusm.	Proceleusm.
	Amphibrach.	Amphibrach.	Amphibr.
	Bacchius	Bacchius	Bacchius
Pæon	Pæon	Pæon	

<i>Ordo Pedum</i>	IV.	V.	VI.
	Jamb.	Jamb.	Jamb.
	Tribrach.	Tribrach.	Tribrach.
	Spondeus	Spondeus	
	Anapæstus	Anapæstus	
	Dactylus	Dactylus	
	Creticus	Creticus	
	Proceleusm.	Proceleusm.	
	Amphibr.	Amphibr.	
	Bacchius	Bacchius	
Pæon	Pæon		

Ita Henricus Glareanus in Epistola ad Gerardum Gi-
zanum; vide & Scaligerum lib. 7. Poeticæ.

Reg.

Reg. IV. De Jambicis Tetrametris.

1. **J**ambicum Tetrametrum Brachycatalectum habet septem pedes, quorum qui paribus locis sunt, debent esse jambi, aut tribrachi; reliqui jambi, aut spondei, aut spondeo compares, dempto septimo, qui jambus est. Exemplum sit:

Pauci sciunt hoc mane, quid vesper vehas sibi.

2. Jambicum Tetrametrum Catalectum habet septem pedes, & præterea syllabam in fine, inter quos ultimus pes debet esse jambus, reliqui locorum parium jambi, aut tribrachi, imparium autem jambi, aut spondei, aut his compares. Exemplum sit:

Amandus est tibi Deus, tuus deinde frater.

3. Jambicum Tetrametrum Acatalecticum habet pedes octo, inter quos ultimus jambus, reliqui parium locorum jambi, aut tribrachi, imparium vero jambi, aut spondei, aut his compares. Exemplum:

Amandus est tibi Deus, tuus deinde Proximus.

Sed si comicum sit tetrametrum, non refugiet creticum, nedum amphibrachum, & omnibus locis spondeum, aut spondeo comparem, excepto ultimo.

Reg. V. De Choliambo, seu Scazonte.

Scazon, seu Choliambicum carmen putatur inventum ab Hipponacte. Est autem jambicum trimetrum, sed claudicans, unde σκαζων, & χαλιαμβος dicitur, quia sexto loco habet spondeum, & quinto jambum; in reliquis quatuor jambos, vel locis paribus jambos, tribrachosve, imparibus autem spondeos, aut spondeo compares.

Habes multa exempla scazontis in Martiali l. 11. epigr. 1. 11. 64. 117. lib. 2. epig. 57. l. 1. epig. 104. Boet. l. 2. metr. l. 3. metr. 11. ubi Hipponactis more ausus est quinto loco spondeum ponere, dicens:

Quisquis profunda mente vestigat verum,

In se revolvat intimi lucem visus.

Nisi alio genere carminis usus est: nam id non est ausus Catullus, non Martialis, non alii antiquiores. Imitare igitur potius illud Catulli:

Fulsere quondam candidi tibi soles.

Aut Persium in Prologo sic præcinentem:

Nec labra fonte prolui Caballino,

Nec in bicipiti somniasse Parnasso

Memini, ut repente sic Poeta prodirem,

Heliconidasque, pallidamque Pyrenem

Illis

*Illis relinquo, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces; ipse Semipaganus.
Ad sacra vatam carmen affero nostrum.
Quis expedivit Psittaco suum χρῆμα,
Picasque docuit verba nostra formare?
Magister artis, ingeniique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces,
Quod si dolosi spes refulserit nummi,
Corvos Poetas, & Poetridas picas
Cantare credas Pegaseium melos.*

In ultimo versu nomen *melos* Græce habet μέλος : quare nisi Jonice sit μέλος, aut liquidæ vi produxit primam more Græcorum, aut in fine jambum noluit claudicantem adhibere, ideoque jambico recto usus clausit illum jambo. De jambico utroque, idest recto, & claudo est illud Ovidii:

*Liber in adversos hostes stringatur Jambus,
Seu celer, extremum seu trahat ille pedem.*

Reg. VI. De Galliambico.

Galliambicum (ita dictum a Gallis Sacerdotibus Cybeles) sex pedes habet, nempe anapæstum, duos jambos, duos dactylos, & anapæstum: admittit tamen primo loco spondeum, creticum, & proceleusmaticum, & in secundo anapæstum, jambum, tribrachum, & dactylum, quartum jambum.

*Exemplum sume a Catullo de Bercynthia,
Super alta vectus Atys celeri rate maria,
Phrygium nemus citato cupide pede tetigit,
Adiisque opaca sylvis redimita loca Deæ;
Stimulatus ubi furenti rabie, vagus animi
Devolvit ille acuta sibi pandera silice.*

C A P. VII.

De Trochaicis.

Trochaicum Carmen Hymnis, Tragædiis, & Comædiis idoneum, ita opponitur jambico, ut sicut in jambico non admittitur trocheus, ita nec in trochaico jambus; esto Sidonius lib. 9. hanc legem non observaverit. Præterea sicut sedes propriæ jambi in jambico puro, vel Tragico sunt pares, ita e contrario sedes chorei in trochaico propriæ sunt imparis loci. His præmonitis progrediemur a simplicibus ad composita trochaica; quæ Græci pariter per Diopodiam metiri solent, dantes duos pedes monometro,

tro,

tro, quatuor dimetro, sex trimetro, octo tetrametro.

Reg. I. De Trochaicis Monometris, ac Dimetris.

1. **T**rochaicum Monometrum Acatalectum constat duobus choreis, sic:

*Pelle curas,
Vive letus,
Sperne terram,
Cerne cælum.*

2. Trochaicum Monometrum Acatalectum habet duos trocheos, & syllabam in fine, sic:

*Vita jam fugit,
Instat & mihi
Parca, nec potest
Fata non sequi.*

3. Trochaicum Ithyphallicum est dimetrum brachycatalectum, & habet tres choreos, secundo tamen loco recipit spondeum, sic:

*Virgo singularis,
Inter omnes mitis,*

4. Trochaicum Euripidium est Dimetrum Catalectum: constat enim tribus choreis, & adhuc una syllaba in fine, quamvis secundo loco spondeum recipiat, sic:

*Mella dantur cœlitus,
Lacrymantur sidera,
Nectaris compendium
Roris, insiar herbidi.*

5. Trochaicum Alcmanium est dimetrum Acatalectum, & habet quatuor choreos; recipit tamen secundo, & quarto loco spondeum, & primo loco aliquando pyrrichium, ut apud Catullum, & Sidonium l. 9.

*Age cuncta nuptiali.
Age convocata pubes,
Fange plectro carmina.*

6. Trochaicum Bacchilidium est dimetrum hypercatalectum, nec a præcedente differt, nisi adjectione unius syllabæ in fine, sic:

*Floribus corona nectitur,
Versibus poema pangitur.*

Reg. II. de Trochaicis Trimetris.

1. **T**rochaicum Trimetrum Brachycatalectum vix in usu est; constat enim quinque pedibus, quorum impares chorei sunt; pares vel chorei, vel jambi, sic.

Parce vitio, parce somno amico.

2. *Trochaicum Trimeterum Catalecticum* præcedenti dulcius est; habet autem quinque pedes, & unam in fine syllabam; inter quos primus, tertius, & quintus sunt chorei, reliqui autem chorei, aut spondei, sic:

Musa dicitur, auris audit carmina.

3. *Trochaicum Trimeterum Acatalecticum* perparum suave est; habet autem sex pedes, quorum primus, tertius, & quintus chorei; reliqui vel chorei, vel spondei, sic:

Quandocunque nomen ibit inter astra.

4. *Trimeterum Hypercatalecticum* non differt a præcedenti, nisi additamento unius in fine syllabæ; hoc modo:

Inter astra nomen ibit, ergo gaudeas.

Reg. III. De Trochaicis Tetrametris.

1. *Trochaicum tetrametrum Brachycatalecticum* habet septem pedes, quorum impares sunt chorei, reliqui autem chorei, aut spondei, sic:

Inter astra fulget anguis, ergo cælum terra est.

2. *Trochaicum Archilochium*, omnium suavissimum, est tetrametrum catalecticum, seu constat septem pedibus, & adhuc una in fine syllaba: quare componitur ex trochaico Alemario, & ex trochaico Euripidio; ideoque licet integrum scribi possit; potest tamen in duo semitrochaica dividi, & alternatim subijci brevius longiori, nempe Euripidium Alcmanico, ut in illo Ecclesiæ hymno.

Pange lingua gloriosi

Corporis mysterium.

Antiquiores tamen jungebant hæc in unum, & locis imparibus choreum, rarissime tribrachium posuerunt; paribus autem spondeum, raro spondeo compares. Exempla plurima sunt in Terentiano Mauro de syllabis, pedibus, ac metris. Elegantissimum est illud apud Suetonium in vita Cælaris.

*Ecce Cæsar jam triumphat, qui subegit Galliam,
Galliam Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.*

Et Sen. in Med. act. 4.

*Vos precor vulgus silentum, vosque ferales Deos,
Et chaos cæcum, atque opacam Ditis umbrosi domū.*

Et Prudent. hymn. 9. Cathemerinon.

Da puer plectrum, choreis ut canam fidelibus

Dulce carmen, & melodum, facta Christi insignia:

Ipse iussit, & creata, dixit ipse, & facta sunt.

Et Terentian. Maur. ubi de trochei casura post quar-

tum

tum pedem fugienda sic præcipit :

*Perpolite quam potestis crebriore limula,
Regulam servate ubique, finis ut quarti pedis,
Nominis, verbive sine coma primum terminet.
Hac enim tome probatur metrum hoc Trochaicum.*

Denique quid illo trochaico jucundius pariter, ac religioſius, quo Ecclesia Catholica utitur feria sexta majoris hebdomadæ?

*Pange lingua glorioſi lauream certaminis,
Et super crucis trophæo dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor Orbis immolatus vicerit.*

Noſter Ludovicus Crucius Psalmum 118. sic vertit :

Ter beati qui Tonantis per vias inambulant.

Et Mascardus de S. Magdalena :

Rupis antra musa prome; rupis antra squalida.

3. Trochaicum Hipponactæum est tetrametrum acatalectum, octo scilicet pedum, quorum impares chorei sunt, & parium locorum spondei, aut chorei, cujusmodi est illud Julii Cæsaris Scaligeri in farragine :

*Appetente vere primo, cum tener vireſcit annus,
Vinitorque falce tonsos vitibus maritat ulmos.*

Exempla trochei habentis locis imparibus tribrachym habes in Terentiano Mauro carmine de Litteris, & de Pedibus, quorum ultimus habet secundo loco anapaestum.

*η, & ω quæ bina pedibus submitunt tempora,
Sicut unū; numerus antequam secundus prodidit,
Forma talis est minoris, animam quando dicimus.
Nā quater recipiuntur numerus, & tēpus duplex.
Iserit ἀνδραπῶς, vides quot iste pes sit temporum.*

Appendix Triplex, ubi de Comicis.

1. Scite Terentianus Maurus docet senarium jambicum convertere in trochaicum Archilochium, sola additione Cretici in principio, ut si jambicis infraſcriptis Horatii, & Catulli :

*Beatus ille, qui procul negotiis,
Phaselus ille, quem videtis hospites.*

Additamento Cretici sic utaris :

*Omnibus beatus ille, qui procul negotiis,
Est celer phaselus ille, quem videtis hospites.*

2. Qui aurium tantummodo leges sectantur, & a regulis trochaici legitimi recedere non dubitant, dummodo quartus pes sine cæsura sit, & in fine adit choreus cum una syllaba, reliquis in locis quosvis pedes dissyllabos non respuunt, ut fecit Sidonius, & alicubi Catullus, & vetus Poeta apud Suetonium, ubi de-
posue-

posuerunt est quadrifysyllabum, & sumpserunt Creticum.

Galli braccas deposuerunt, latū elavum sumpserant.

3. Comici trochaicis trimetris, aut tetrametris liberius utuntur: dummodo enim in fine adsit trocheus, reliquis in sedibus indiscriminatim choreos, spondeos, aut compares, dactylum, anapæstum, tribrachym, proceleusmaticum, amphibrachym sic usurpant, ut nescias aliquando sintne jambica carmina, an trochaica, nisi ultimus pes discriminis aliquod indicium daret.

C A P. VII.

De reliquis Carminum speciebus.

PRæter quinquaginta tres species Carminum supra explicatas, pauca aliquot supersunt, sed ita parum harmonicæ, ut carminis vix saporem habeant, mirumque sit, repertas fuisse aures quibus placuerint. Ut tamen eas quoque metiri possit lector, earum modulos indicabimus.

1. *Choriambicum Callimachium* constat spondeo, & tribus choriambis, & pyrrhichio, ut apud Horatium lib. 1. Od. 11.

*Tu ne quæsieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Dii dederint, Leuconoe; nec Babylonios.*

Et Catullum carm. 27.

Alphene immemor, atque unanims false sodalibus.

2. *Choriambicum Tetrametrum* constat epitrito secundo, duobus choriambis, & Bacchio, cui anteponit Horatius Aristophanicum constans ex choriambo, & Bacchio lib. 1. Od. 8. sic:

Lydia dic, per omnes

Te Deos oro, Sybarim cur properes amando

Sanguine viperino.

3. *Trochaicum Stesichorium*, seu Diomedii angelicum habet primo loco choreum, aut spondeum, secundo dactylum, tertio Creticum, quarto choreum, quinto dactylum, sexto choreum, ut apud Catullum carm. 17.

O Colonia, quæ cupis ponte ludere longo.

4. & 5. *Jonicum minus* duplex est: alterum trimetrum acatalectum, constans tribus jonicis a minore, aut in fine pæone tertio; alterum tetrametrum acatalectum constans quatuor jonicis a minore. Utroque utitur Horatius lib. 3. Od. 12.

Miserarum est neque amori dare ludum.

Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis.

6. *Dactylicum Boetianum* habet primo dactylum, secun-

eundo dactylum, aut spondeum, tertio dactylum, aut spondeum, & adhuc in fine syllabam: sic Boetius lib. 3. metr. 6.

*Omne hominum genus in terris,
Unus enim rerum pater est.*

quibus interferit pherecratium alternatim.

7. Choriambicum Phalecium constat tribus choriambis, & amphibracho, ut apud Terentianum Maurum, loco tamen choriambi recipit dijambum.

*Jane pater, Jane tuens, Jane biceps, bisformis,
Cui referata mugiunt aurea claustra mundi.*

Habes jam expositas Versuum species, ac formas sexaginta, si jambicos, & trochaicos puros a mixtis, & mixtos Tragicos a Comicis distinguas. Qui ne hoc quidem numero contentus fuerit, ne ambrosia quidem, aut nectare expleri poterit.

Finis Partis Septimæ.

192
P A R S O C T A V A
D E A C C E N T U

In Pronuntiando, & Scribendo.

C A P U T I.

Quid, & quotuplex fit Accentus?

I. **A**CCENTUS latissime sumptus apud Hebræos comprehendit quascunque notas litteris, aut syllabis superadditas, vel interjectas; cuiusmodi sunt non solum toni, seu tenores, & spiritus, & moduli temporis, sed etiam apostrophus, puncta interrogationis, & admirationis, & parentheses, imo & distinctionum, ac musica notæ, adeo ut triginta circiter accentus numerent, ut infra docebimus. Sed apud Græcos, & Latinos minus late sumitur Accentus, & comprehendit eas tantum notas, quæ affectionem syllabæ per se, & quatenus syllaba est, indicant, non autem quæ solis litteris, aut syntaxi orationis, aut cantilationi deserviunt. Comprehendit itaque *Tonum*, seu *Tenorem*, *Spiritum*, & *Tempus*; quarum trium affectionum fundamentum Gerardus Vossius lib. 2. de Art. Grammat. cap. 6. desumit ex trinæ syllabæ dimensione; putat enim *Tenorem* illi convenire secundum longitudinem; *Spiritum* ratione latitudinis; *Tempus* ratione profunditatis, quod subtilius, quam verius esse puto. Demum *Accentus* presse sumptus significat *Tonum*, seu *Tenorem*, qui, si spectetur pronuntiatio, est ratio; si scriptio, est nota elevandi, aut deprimendi syllabam, elevatio autem græce *ἀρσις*, & depressio *θέσις* dicitur.

II. Nomine *Accentus*, præsertim presse sumpti, sunt plura; nam græci *Accentus* *προσῳδίας* vocant. Latini autem ab accinendo *Accentiuunculas*, *Voculationes*, *Cantiuunculas*, *Moderamenta vocum*, *Fastigia vocis*, *Cacumina vocum*, *Apices vocum*, *Sonos*, *Tonos*, *Tenores*, ut docent Cic. lib. 3. de Orat. Quintil. l. 1. c. 5. Diomed. l. 2. Gell. l. 13. c. 6. & 24. & Martian. Capella l. 3. c. de fastigio, ubi addit, *Accentum esse Animam vocum, & musicæ seminarium*. Et Theages Pythagoricus apud Stobæum ferm. 1. negat, in musica concentum effici, si tollatur acutum, & grave.

III. *Accentus* presse sumitur pro *tenore*, seu *tono*,
tri-

triplex est, videlicet *Acutus*, *Gravis*, & *Circumflexus*; de quibus est illud Ciceronis in Oratore: *Mira est natura vocis; cuius quidem e tribus sonis omnino, inflexo, acuto, & gravi, tanta sit, & tam suavis varietas profecta in concentibus.* Ad quos revocari possunt quinque Sinenfium Accentus.

IV. *Acutus* Accentus græce ὀξεῖα προσῳδία, est ratio, seu nota ἀρῆσεως, idest elevationis vocis, ideoque ut accentum vocis, quæ attollitur, indicet, nota ipsius est virgula recta, a sinistra manu in dexteram ascendens, seu prior pars majusculi Lampda, ut in sequenti Alpha vides, α̇. Et dicitur acutus, quia quadam subtili vi, & acumine aerem ferit, & aurem penetrat.

V. *Gravis* Accentus græce βαρεῖα προσῳδία, est ratio, seu nota θέσεως, idest positionis, seu depressionis vocis: idcirco nota ipsius descensum syllabæ indicans, est lineola recta a sinistra in dexteram descendens, seu posterior pars masculini Lampda, ut in sequenti alpha vides, α̂. Et dicitur gravis, quia quemadmodum res graves sibi relictæ in fluido deorsum feruntur, & cadunt; ita syllaba hoc accentu affecta, velut in guttur, aut pectus, deorsum cadit.

VI. *Circumflexus*, seu *Inflexus* Accentus, græce περιστώμενη, est ratio, seu nota syllabæ simul elevandæ, ac deprimentæ, ideoque conflatur ex duplici nota, nempe accentu acuti, & gravis, ita ut efficiant integrum Lampda majusculum, seu majusculum V, inversum, nempe Δ, ut affirmat Marius Victorinus; hæc enim fuit nota hujus accentus; licet usi etiam sint Latini quidem C inverso, & Græci signate deverso, ut in sequenti alpha vides, α̃; & ita docet Martianus Capella lib. 3. cap. de fastigio.

VII. *Vocabula*, quæ acuto accentu notantur, si illum habeant in ultima syllaba, dicuntur *acuta*, vel *acutifona*, græce ὀξύτονα; si vero in penultima, dicuntur *penacuta*, græce παροξύτονα; si denique in antepenultima, antipenacuta, Græce προπαροξύτονα.

Quæ vero Accentum gravem habent, dicuntur *Gravivona*, græce βαρύτονα.

Quæ *Circumflexo* in fine, *circumflexa*, seu *inflexa*, seu *anflexa*, græce περιστώμενα; at si penultimam circumflectunt, *penanflexa*, græce προπεριστώμενα dicuntur.

VIII. *Accentus gravis* superintelligendus est omnibus syllabis nullo alio accentu notatis; proinde vocatur *accentus syllabicus*, sed non notatur nisi in fine vocabulorum omni alio accentu carentium. Etenim cum

proclives simus ad acuendam ultimam, si præcedentes nec acuto, nec circumflexo accentu pronunciamur, saltem in græcis dictionibus, ut præmoneamur, ne acuamus ultimam, adnotatur Accentus Gravis. Quare syllabicus Accentus non est quartus quidam Accentus, sed est ipsemet Gravis; Aliquibus tamen videtur Gravis in fine vocum carentium acuto, & circumflexo, distingui a syllabico.

IX. Hebræorum Accentus preste sumpti, idest *Tonici*, sunt quatuor. 1. *Metheg*, qui significat frenum, aut habenam; & habet vim acuendi syllabam longam. 2. *Mazzeb*, idest aspergens, seu superius *Metheg*, qui vim habet acuendi brevem syllabam. 3. *Makkaph*, seu *Makkeph*, idest circumplectens, & colligans, qui habet vim gravandi, aut destituendi præcedentem syllabam, & eam, si mutabilis sit, corripiendi. 4. *Gerefeh*, antèrius, cujus varia vis est; nam modo gravat longam syllabam, modo acuit brevem, modo dilatat brevissimam, modo longam circumflectit. Nam accentum perpetuo circumflectentem habent quidem, sed non est pure Tonicus, cum spectet ad accentus quoque Etymologicos: & merito; nam & apud Græcos, Latinosque Circumflexus adnotatur syllabis natura sua longis, adeoque originem, & etymon indicat; & illum appellant modo *Jerach ben-iemo*, vel *Galgas*, hoc est, Lunam novam, seu hemicyclum, seu Lunam filiam sui diei; modo *Merca Cephula*, vel *Theren Chutrin*, idest geminatum *Merca*, seu binas virgas, & uterque habet vim producendi, aut indicandi syllabam productam, & quia Etymologicus est, soni spatium denotat in ea syllaba, cui adhibetur. Hinc ortum puto, ut Circumflexus accentus notatus fuerit modo figura Lunæ bicornis, ut videre est ex plurimis vetustis codicibus Græcis, & apud Priscianum libris de Accentu; modo duabus lineolis inversum Λ æmulantibus. Qui plura cupit de Accentibus Hebraicis, non solum pure Tonicis, quos quatuor esse diximus, sed etiam de Etymologicis, seu ministris, qui sonorum dumtaxat spatia denotant, & sunt septem, & de Syntacticis, seu Regiis, qui non solum spatia sonorum, sed etiam intervalla silentii denotant, & sunt 19. consulat lib. 4. Grammat. Hebrææ Francisci Junii Biturigis, & Bellarm. c. 6. par. 1. Grammat. Hebr. Ex quibus pauca feligemus infra, dum de Accentibus Hebraicis.

CAP. II.

De Sede Accentuum in Vocabulis mere
Latinis pronunciandis.

TRactant de hoc argumento Quintil. lib. 1. cap. 5. & lib. 12. c. 10. Cenforin. libel. de Accentib. Diomed. l. 2. Priscian. l. 8. Capella l. 3. c. de Fastigio. Gell. l. 4. & 7. c. 7. & l. 13. c. 24. Marius Corradus l. 2. de lingua Lat. Justus Lips. opusc. de pronunciat. linguæ Lat. Anton. Nebriffensis l. 5. Majorag. in Epistolic. qu. 9. Scaliger de Causis ling. Lat. l. 2. a c. 58. Emmanuel in ult. cap. quod est de Profodia: Gerard. Voff. l. 2. de Art. Grammat. c. 9. & 10. Jo. a Planis initio Dictionarii Poetici, & præterea plurimi alii Grammatici in suis Profodiis, ubi de Accentu, præsertim Despaute-rius, Pantaleon, Nicolaus Ferettus, Thomas Corræa, Christophorus Saffus, Simon Verrepæus, Ludovicus Cavallus. Ex quibus sequentes Regulas deduximus, præsertim ex Quintiliano, Diomede, & Nigidio apud Ciceronem.

I. REG. Nulla Latina vox caret accentu acuto, aut circumflexo, nulla monosyllaba gravem, nulla polysyllaba in fine acutum, aut circumflexum admittit, nulla duos accentus, qui non sint graves; nulla circumflexum ante penultimam; nulla acutum ante antepenultimam.

II. REG. Monosyllaba natura sua, vel positione, & natura simul longa circumflectuntur: ut *Os, oris, lis, sal, sol, Rex, Lex, stirps, lux, dic, fac, vae, nae, aut, neu, queis*, pro quibus, & si brevia sint, vel longa ob solam positionem, acuuntur: ut *ad, id, mel, fel, dat, fit, fax, nex, nix, nux, dux, stips, scrobs, spes, res, trux, os, offis, pars, ars*.

III. REG. Dissyllaba, quorum ultima brevis est, & prior natura sua longa, priorem circumflectunt: ut *Roma, mater, fratris, stamen, simus*; alioquin prior acuitur, siue utraque sit brevis, ut *amor, facit*; siue utraque longa sit, ut *fontes, currunt*; siue prior tantum brevis, ut *meas, nuces, dabunt*; siue prior tantum longa, sed ob solam positionem, ut *arma, sanctus, texit*.

An autem adverbia, aut præpositiones, ut a nominibus, aut verbis distinguantur, acuenda sint, vel inflectenda in fine, vide Appendicem 1. item an in compositis ex monosyllabis finalibus ultima debeat acui, vel inflecti, vide Append. 2. & 8.

IV. REG. *Hyperdissyllaba*, si ultima sit brevis, & penultima natura sua longa, penultimam circumflectunt, ut *Amoris, amavere, examen, Romanus, consulere*. At si penultima brevis sit, acuunt antepenultimam, ut *Dominus, fecerit, Pontifex, cardines, titubat*. Extra hos casus penultimam acuunt, videlicet si longa fuerit positione, vel natura quidem, at ultima quoque longa sit, ut *allatrat, Araxes, confratres, jurarunt*: An autem ad compositionem indicandam, vel discrimen dictionum penultima longa rejicere possit acutum in antepenultimam; vel penultima brevis propter apocopen, vel encliticas acuenda sit, vide Append. 3. 4. 5. & 6.

V. REG. Gravis accentus in omnibus reliquis syllabis est, quæ carent acuto, aut circumflexo, præfertim in ultima.

Appendices sex.

I. Controvertitur a Grammaticis, an quando eadem dictio potest accipi tanquam nomen, aut verbum, sed est adverbium, vel præpositio, debeat ultima syllaba pronunciari, aut notari accentu acuto, aut circumflexo, aut gravi; an vero nullo accentu saltem acuto, aut circumflexo. Prima sententia est Nigidii viri doctissimi, & Ciceronis contemporanei, quam sequitur Cicero ipse de Oratore pag. in Typis Gryphiis minoribus 464. & Gell. l. 13. c. 24. & Quintil. l. 1. c. 5. & l. 12. c. 10. ubi expresse negant ultimam syllabam dictionis polysyllabæ latinæ acui, aut circumflecti. Verba Quintil. lib. 1. c. 5. sunt hæc: *Est autem in omni voce utique acuta: sed nunquam plus una, nec ultima unquam, ideoque in dissyllabis prior. Præterea nunquam in eadem flexa, & acuta: quia eadem flexa ex acuta, itaque neutra claudet vocem latinam; ea vero, quæ sunt syllabæ unius, erunt acuta, aut flexa, ne sit aliqua vox sine acuta.* Et l. 12. c. 10. *Ultima syllaba nec acuta unquam excitatur, nec flexa circumducitur, sed in gravem, vel duas graves cadit sæper.* Subscribunt huic sententiæ Thomas Corraë, Christophorus Saffus, Ludovicus Cavallus, & ipse Gerardus Vossius l. 2. c. 9. quoad pronunciationem: quoad scriptionem vero Marius Corradus lib. 2. de Ling. Lat. quatenus adverbia prædicta ait distinguenda esse accentu gravi, non tamen circumflexo, aut acuto.

Oppositam tamen opinionem videntur habuisse Ælius Donatus, Sergius, Priscianus lib. 8. item Servius in 1. Æn. ad illud Maronis:

Errabant acti fati maria omnia circum.

Nem-

Nempe præpositioni *circum* in fine accentum collocat, ut a nomine *Circi* distinguat, dicens: *In fine accentum ponimus contra morem latinum; & eadem occasione Verrius Longus inquit: Loco transmutatus accentus partes quoque orationis immutat, ut aliud est circum, aliud circum, aliud ergo, aliud ergò.* Festus verò de vocabulo quando ait: *Quando, cum gravi voce pronunciatur, significat quoniam, & est conjunctio: quando acuto accentu, est temporis adverbium.* De Adverbio *pone* Marius Victorinus inquit: *Adverbium pone posteriore acutum recipit accentum, ne sit verbum.* Martianus Capella lib. 3. cap. de Fastigio ait: *Inflexum autem non alias postremum habet, nisi cujus posterior pars in syllabam naturam longam excurret, ut ergò, pone.* Sed in exemplo fallitur, licet enim *ergo* pro causa ultimam habeat naturam longam, & græce sit ἔργον, adverbium tamen *ponè* ultimam brevem habet. Similiter Consentius dixit: *Accentus ostendit diversam significationem unius dictionis. Pone, si verbum est, gravis est ultima: si adverbium, circumflexa.* Sed ante hos tempore Quintilianus non defuere, qui ejusdem opinionis essent: sic enim narrat ipsemet l. 1. c. 5. *Ceterum jam scio, quosdam eruditos, nonnullos etiam Grammaticos sic docere, ac loqui, ut propter quædam vocum discrimina verbum ultimum acuti sono finiant, ut in illis:*

Quæ circum littora, Circum piscosos scopulos.

Item quantum, quale, interrogantes gravi: comparantes acuto sermone concludunt, quod tamen in adverbis fere solis, ac pronominibus vendicant; in ceteris veterem legem sequuntur: ob quorum auctoritatem noster Emmanuel Appendice ultima Profodia majoris dixit: *Si quempiam adverbia pone, fere, una, ultima acuta audieris pronunciantem, ne inscitie damnaveris, &c.* At Simon Verrepeus lib. 4. Grammat. Despauteriana Reg. 3. Annot. 3. dixit: *Indeclinabilia quædam accipiunt accentum in ultima, ut doctè, porrò, unà, & similes dictiones, quo differant a nominibus; & l. 5. c. 8. affirmat adverbiorum ultimam gravi accentu a nominibus, verbisque distinguendam esse, ut ponè, doctè, palàm, profectò, falsò, illò, eò, eddem, vulgò, certò, & quandò? quid? an? cur? interrogativa notari acuto; infinita autem gravi, & supra, infra, juxta, sine accentu gravi in fine notato esse præpositiones, at cum gravi adverbia: & ergo esse conjunctionem, & ergò pro causa, seu gratia. Excepto igitur ergo, nusquam alibi admittit in ultima circumflexum, aut gravem. Gerardus tamen Vossius l. 2. c. 9. statuit adverbiorum ultimam brevem acuto accentu, longam circumflexo no-*

tandam, ut *circum, palam, ponè, & bellè, equè, doctè, longè, intrò, primò, quò, quò, rarò, serò, unà*, sed in scribendo tantum, non in pronunciando.

Ego vero, quid de accentu in fine dictionum distinctionis gratia scribendo sentiam, dicam Appendice sexta; nunc loquendo de sola pronunciatione, nego in polysyllabis ultimam acuendam, vel circumflectendam esse, si dictiones sint mere latinæ, tam propter auctoritatem Nigidii, Ciceronis, Quintiliani, Gellii, ac Diomedis, quæ multo potior mihi est, quam reliquorum; tum quia nondum doctorum in hoc genere usus in contrarium prævaluit; tum quia plerumque supervacaneæ discrimen dictionum ab accentus variatione requiritur, siquidem ipse contextus orationis, & syntagma satis manifestat, sintne adverbia, an nomina, an verba; tum quia non major ratio de adverbiiis, quam de aliis innumerabilibus dictionibus, in quibus oporteret, consequenter faciendo, discrimen ab accentu petere; exempli gratia, in *amare, leges, suis, mea, nate, nata, nemus, vita*, quæ modo verba, modo nomina sunt; & in *pictura, statum, structura, tritura, tortura*, quæ aliquando nomina, aliquando participia sunt, &c. præterea accentu distinguenda essent nomina hæc ab appellativis, vel adiectivis, nempe *Arator, Donatus, Felix, Liberius, Pastor, Romanus, Peregrinus, Sabinus, Satyrus, Sapores, Solutor, Victor*, &c. neque enim ex mera pronunciatione horum discerni possunt initiales ipsorum litteræ majusculæ. Postremo loquimur hic de Accentu præse sumpto pro nota Toni, seu Tenoris; At nota distinctionis spectat ad Accentus late sumptos, quos Hebræi aut Etymologicos, aut Syntacticos vocant; distinctio enim adverbiorum a nominibus, aut verbis spectat ad Etymologiam, aut significationem syntaxi servientem, non ad varietatem Toni. Male igitur confunduntur notæ distinctionis cum notis Topicis in pronunciando.

II. Priscianus lib. 8. censuit circumflectendam ultimam in *benedic, benefac, calefac, deduc, illuc, isthuc, illic*, itemque in *Arpinas, Tolosas, Privernas, Ravenas, Aquinas, Mæcenas*, ad contractionem indicandam; antiquiores enim pro his usurpasse *beneface, benedice, deduce, caleface, illucce, istucce, illicce*, & in casu recto *Arpinatis, Tolosatis, Aquinatis, Privernatis, Ravenatis, Mæcenatis*; nec Nebrissenis abnuit, & approbat Verrepæus, si quis acuat ultimam in *calefit, frige fit, & similibus*, & præcipit Priscianus lib. 8. quod aliqui etiam faciunt in *adhæc, adhuc, etiamnum, jamtum,*
nce-

necne, nec non, numnam, quicum, quianam, quippeque, semipes, semivir, ubinam, ubivis, undenam. At ego longe pluris facio auctoritatem Nigidii, Ciceronis, Diomedis, & Quintiliani, negantium ullam omnino dictionem latinam in ultima syllaba acui, aut circumflecti. Priscianus enim Quintiliano quingentis annis posterior, Constantinopoli potius, quam Romæ floruit; nempe eo tempore, & loco, quo barbaries sermonis jam invalescebat. Deinde auctores reliqui, qui acuunt ultimam in *calescit, frigescit*, ob compositionem ex finali monosyllabo, parum consequenter omittunt acutum in fine compositorum, a verbis *sum, sto, fero, flo, duco, volo*, ut in *ades, adest, adsunt, interest, præest, inest, subest, constant, præstant, prostant, substant, instant: affert, confert, defert, præfert, constant, instant, susstant, distant, restant, redux, tradux, quamvis, utervis*: sed neque acuunt in his, *impar, dispar, compar, exlex, præcox, pernox, quisquis, quiquid*. Postremo, ut dixi supra, non sunt confundendi accentus presse sumpti, seu Tonici cum late sumptis, seu notis distinctarum significationum. Si quis tamen composita ex his monosyllabis, non ut composita pronunciet, sed quasi disjuncta, aut si pro aliquibus sic pronunciantis doctorum virorum certa consuetudo prevaluerit, juxta dicenda 7. Append. tum demum his non repugnabo. Hactenus de prima, & secunda Regula, nunc ad tertiam discutiendam accedamus.

III. Probus Anianus, ut refert Gell. l. 1. c. 7. putavit acuendam esse secundam, seu antepenultimam syllabam in *Exadversum*, ne si acueretur penultima, videretur esse dictio simplex potius, quam composita ex duabus; ob quam causam idem existimavit Priscianus lib. 8. de his compositis, *deinde, exinde, proinde, deorsum, dumtaxat, enimvero, hucusque, quamobrem, quapropter, tamen, nimirum, aliquando, nequando, siquando, subinde, perinde*. Servius quoque in hac hæresi fuit, cum 6. *Æn.* dixit: *Exinde una pars orationis est, & in tertia a fine accentum habet, licet penultima longa sit*; nec refragatur Don. in *Eun. act. 5. sc. 1.* dum ait: *Si quando & prima syllaba acui potest, & media tamen variat sententiam*. Gerardus quoque Vossius l. 2. c. 10. affirmat, si ultima, & penultima Hyperdissyllaborum longæ sint, acuendam penultimam, non obstante compositione, ut in *deinceps, orbisterre*; at si penultima tantum longæ sit, non ultima, acuendam quidem antepenultimam in pronunciano, ut compositio indicetur, sed penultimæ tamen temporis spatium tribuendum, quod eam longam indi-

et, aliud enim esse accentum, aliud quantitatem, & antiquos sic acuisse antepenultimam, ut tamen penultimam produxerint, in *Exadversum*, aliquando, *exinde, dumtaxat, vir illustris, jurisconsultus, intere loci, prefectus fabrum*. Composita enim leguntur in antiquis monumentis hæc non secus, ac *suaverubens, sacra via*. Eadem distinctione utitur Verrepæus lib. 4. *Grammat. Reg. 3. Except. 1.* ubi docet in his compositis acuendam antepenultimam, sed producendam penultimam, si ea longa sit; monet tamen hæc potius ex doctorum quorundam sententia a se dici, quam de sua; alioquin consuetudini standum, *ne pro docto habearis fortasse ridiculus*.

At ego cum Quintiliano, Diomede, & Gellio, nec non cum Julio Scaligero de causis Ling. Lat. c. 63. Thoma Corraæ, Christophoro Sasso, Emmanuelæ, & Ludovico Cavallo censeo nunquam acuendam esse antepenultimam in compositis hyperdissyllabis, quotiescunque penultima longa fuerit, tum quia ita postulat Latini sermonis usus ab eo tempore desumptus, quo vigeat Latina Lingua; tum quia, ut non semel diximus, perperam confunderetur accentus presumptus cum notis distinctionum; tum denique quia si ad compositionem indicandam, accentus acutus retrahendus esset a penultima, quamvis longa, in antepenultimam, idem præstandum esset in *introibo, compello, expono, dispano, deturbo, evolvo, procedo, incedo*, & aliis innumerabilibus, quod tamen quis non videat esse ridiculum barbarissimum in pronunciando? Quamquam autem verissimum est, quantitatem syllabæ, & Accentum differre; in Latino tamen sermone longitudo penultimæ in hyperdissyllabis est causa accentus acuti, aut circumflexi, & accentus utervis est certissimum indicium longitudinis; sicut e contrario carentia utriusque accentus est manifestissimum indicium brevitatis. Ideoque Nicolai Feretti opposita ex diametro opinio rejicienda est; putat enim ad indicandam compositionem acuendam esse penultimam, licet brevis sit, in *carenus, quatenus, ejusmodi, beneplacens, suaverubens, fidejubes, graveolens, jamdiu, quandiu, tandiu, interdium, nihilominus, paulominus, propemodum, semideus, suaveolens, triumviri, verumtamen, vicecomes, usucapit, usuvenit*. Nisi enim hæc disjunctim proferantur, antepenultimam acunt, non penultimam; sed sæpe non potest disjungi, nisi ridicula cacophonia, ut nec in *siquidem*, quando stat pro etenim, & affirmativum est, & cum limitativum, aut suspensivum est.

IV. Altera tamen superest quæstio de hyperdissyllabis penultimam brevem habentibus, an in aliquo alio casu a compositione distincto sit acuenda; quod quidem tribus in casibus putant. 1. in Vocativis ultimam duas in unam contrahentibus, ut in *Æmili, Basili, Domiti, Mercuri, Ovidi, Pompili, Sulpici, Servili, Tarquini, Valeri, Virgili*. Nam etsi Nigidius Ciceronis tempore docuisset in *Valeri* acuendam esse primam: Gellius tamen id referens l. 3. cap. 24. ait: *Si quis nunc Valerium appellans in vocandi casu, secundum id præceptum Nigidii acuerit primam, non aberit quin rideatur*. Floruit autem Gellius Adriani temporibus. Priscianus quoque l. 7. cum dixisset: *Juniores gaudentes brevitate per extrema syllaba abscissionem protulerunt pro Virgilie, Virgili, & pro Mercurie, Mercuri: ut Horatius in primo Carminum:*

Mercuri facunde nepos Atlantis:

& *Nulli flebilior quam tibi, Virgili.*
 addit: *Unde accentus perfecti vocativi in his servatur. Si enim non esset abscissio, debuerunt hujusmodi vocativi, qui in I desinentes penultimam correptam habent, antepenultimam acueve, ut Virgili, Mercuri, quod minime licet*. Huic vero opinioni Joannes a Planis in Dictionario Poetico, & Aldus Manutius subscribunt cum Vossio lib. 2. c. 10. ob rationem a Prisciano allatam. Subscribit & cum Despauterio Verrepæus l. 4. Reg. 3. Except. 3. nec reluctatur Emman. in postrema Appendice Profodiæ, sed hi propter usum, qui procedente tempore Accentus immutandi vim obtinet: idcirco enim penultimam quantumvis brevem acimus in Vocativis, *Ambrosi, Gervasi, Gregori, Prorasi*. Sed in his quatuor manifesta est consuetudo etiam doctissimorum virorum, & universalissima. At de reliquis Vocativis hujusmodi nondum prævaluit consuetudo, saltem apud nos; quare in dubio cum *Corræa* pronunciaverim potius, & cum *Cicerone, & Nigidio, & antepenultimam acuerim, ne sine necessitate anamdem imperitis producendi penultimam, si eam acue-ro, neve Latini sermonis antiquam Regulam violem; imo addit Antonius Nebrissenfis cap. de Accent. Ego tantum Nigidio tribuo, ut libentius velim cum eo errare, quam cum omnibus Grammaticis verum dicere*.

2. Casus est de Verbis compositis a facio in secundam, ac tertia persona, ut de *calefacis, reperfacis, &c.* Nam Priscianus acuendam ait penultimam, & retinendum accentum in illa Vocali, in qua illum habuit prima persona *calefacio, reperfacio*. Vossius pariter lib. 2. c. 10. ait, *Veteres Romanos penultimam in his ac-*

cuisse simul, & corripuisse, quod tamen non aliunde probat, quam ab auctoritate Prisciani barbaro sæculo florentis: idem a plerisque fieri docet Verrepæus l. 4. Reg. 3. Except. 2. Ego vero quamdiu necessitas manifestissimæ consuetudinis oppositum non eviderit, servabo Regulam antiquæ latinitatis, nec penultimam brevem in hyperdisyllabis acuto accentu pronuntiabo. Similiter Thomas Corræa antepenultimam acuit in *calesac, frigesac, rarefac*, quia licet in versu penultima sit anceps, in prosa tamen brevis est.

3. Casus est de obliquis casibus *Annibalis, Asdrubalis, Amilcaris*, quorum penultimam Valerius Probus insignis Grammaticus circumflectebat, ut testatur Gellius l. 4. c. 7. Verum ideo sic opinabatur, quia putabat longam esse: nam in Epistola ad Marcellum testes adducebat Ennium, & Plautum, aliosque Poetas veteres: exempli gratia sit illud Ennii jambicum in Scipione:

Qui propter Annibalis copias considerant.

Non videtur enim consistere carmen, nisi penultima in *Annibalis* sit producta. Atqui ut de Jambicis Comiciis diximus, satis constat ea recipere loco spondæi anapæstum, & creticum: quare si *copias* per synæresim disyllabum facias, & *nibalis* anapæstum, constabit versus.

V. Major difficultas est de Encliticis *que, ne, ve*, quando adjunguntur polydisyllabis ultimam brevem habentibus, an scilicet acutus accentus ab antepenultima promovendus sit in penultimam, seu accentus ipsarum encliticarum rejiciendus in proxime præcedentem: quod perinde est. Affirmant enim universim Serv. l. 1. Æn. dicens: *Pronuntiationis causa, contra usum Latinum, syllabis ultimis, quibus particule adjunguntur, accentus tribuitur: ut Musæque, illæne, cuique; & Capella l. 3. c. de Fastigio; mutant accentus adjunctis vocibus que, ve, ne, & affert exemplum duplex ex Actio in Pelopidis; nempe Hexametrorum fines,*

Latiumque augefcere vultis,

Stimulove meum cor.

Et addit: *Nunquam migrabit acutus sonus de primis syllabis in postremas, præter particulas conjunctivas, quarum hoc proprium est, acuere partes extremas vocum, quibus adjunguntur.* Idem censent Verrepæus lib. 4. Reg. 3. Except. 5. dans exempla in *homodque, bestiave, & Vossius lib. 2. c. 5.* nec obfarcere discrimen a longis: nam Veteres ita pronuntiasse hæc, ut tamen quantitatis rationem haberent, ac præterea si penultima natura longa sit, cum ipsæ *que, ne, ve*, sint ultimæ, & bre-

ves,

ves, tunc penultimam circumflectendam, ut in ablativis, *Terraque, Musave*; at si brevis, acuendam, & sic servari sufficiens discrimen.

Oppositam sententiam mordicus tenent Paulus Mellissus in Epistola ad Henricum Stephanum edita a Goldasto, & Thomas Corraë in Prosodia cap. de legibus Accentuum; ajuntque si penultima sit brevis, accentum acutum in antepenultima adhibendum, ut in *armaque, pleraque, itaque, itane? astrave, utraque*: sic in illis hemistichiis, *Lavinaque venit littora; mel-laque decussit foliis*, dummodo particula illæ coeuntes unam dictionem efficiant: quando enim sunt hypertrifyllaba, & antepenultima quoque brevis est, ut in *criminave, siderave*, & in Virgilianis illis hemistichiis, *liminave, laurusque dei, & poculave incertis, & tribulave, trabæque*. Dubitat Corraë, num coeant; nam si coeant, & acutum in penultima, vel in quarta a fine colloques, contra Regulam, inquit, facies Latini sermonis, qui nec acutum, nec circumflexum ante antepenultimam, nec eosdem in penultima brevi hyperdissyllaborum patitur. Nihil autem dicit de illis, qui in tali casu acutum ponerent in antepenultima, sic *criminave, siderave, poculave, tribulave*. Sed certe qui sic pronunciaret, exhiberetur, propter confuetudinem manifestam in contrarium doctorum viro- rum, qui in his pluralis numeri aut collocant accentum acutum in quarta a fine, sed particulas *que, ne, ve*, ferme disjunctim pronunciant, vel si conjunctim, tunc acuunt quidem penultimam, dicentes, *limina-que, poculave, tribulave*; nimirum quia non est periculum confundendi hos casus cum ablativis longis, & ita servatur indicium quantitatis non obstante accentu. Esto Prudentius produxerit penultimam in *criminaque* delusus ab accentu.

At si sint trifyllaba tantum, si hypertrifyllaba, si periculum sit confundendi casus, & errandi in quantitate ob accentum, ego saltem penultimam brevem nunquam acuam, sed antepenultimam, ut in casibus hisce rectis, vel vocativis, *Musaque, Terraque, tantane, Carilinaque*, dummodo hypertrifyllaba antepenultimam longam habeant; nam si brevem, ut *Canicula-que, nutriculaque*, seorsim potius encliticas pronunciaverim, & accentum in secunda collocaverim. Neque enim nobis notum satis est discrimen acuti, & circumflexi in pronunciando, ut proinde possimus periculum vitare confundendi casus rectos, aut vocativos cum ablativis; idemque præteriterim in *posteaquam, anteaquam*. Demum si penultima sit communis, encli-

ticarum viam acuendam puto, ut in *mihique, tibi-
ne, sibive, sileoque, trigintaque, seroque, ultrone, citro-
ne*, multoque magis si longa sit positio, aciam; si
natura, inflectam, ut *hominè sne, ferene, terraque, ma-
ri que*. Errat porro hic Despauterius, existimans deni-
que, ubique, undique componi ex enclitica que.

VI. REG. Omnes, & præcepta in Appendicibus in-
firmata semper debent cedere consuetudini, sed pe-
ritorum, & manifesta, & universali saltem in ea re-
gione, in qua degitur, alioquin abusus erit, ob quem
non est recedendum a lege olim recepta. Recte e-
nim Quintil. l. i. c. 6. *Consuetudinem vocamus, sicuti in
vita bonorum, sic in sermone eruditorum*, & ante illum
Cicero in Bruto: *Quod vitiose multi faciunt, consue-
tudinis vim obtinere non debet*. Et Gretserus noster: *A-
llud est consuetudo, quã non damnamus; aliud abusus,
qui iusta reprehensione non caret*. Consuetudo, inquam,
illa, quam Gell. lib. 5. c. 10. *Rerum Reginam vocat, &
que cogit etiam doctos viros se illi accommodare*, juxta
illud Ciceronis, *in loquendo usum populo concessi, scien-
tiam mihi reservavi*; & Horat. in Art.

Si volet usus,

Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.
Periti autem Latini sermonis fuere antiqui Romani
tum temporis, quando vivebat nativa illa lingua, &
quando etiam vulgus de quantitate syllabarum judica-
bat: ut docet Cic. in Orat. dicens: *In versu quidem
theatra exclamant, si fuerit una syllaba brevior, aut lon-
gior*. Nunc autem periti ad consuetudinem introdu-
cendam, aut confirmandam idonei sunt, qui latini-
tatis periti sunt, & non aliarum tantum artium, vel
scientiarum, puta Medicinæ, aut Theologiæ, aut u-
triusque Juris. Non enim tamquam brevem pronun-
ciaverim primam in *Arphaxat, Eleazar, exsiccat, in-
troibo, dormitat, abligurit, tametsi*, aut tamquam lon-
gam acuerim, vel inflexerim penultimam in *circum-
datus, epicycclus, idololatra, semiduplex, initus, superna-
sat, pessundare, venundari*; quia Sacerdotes quidam, Me-
dici, aut Philosophi Latina Lingua semimbuti sic pronun-
tiant; nec quia aliquem Ludimagistrum Profodiæ
reconditoris haud ita peritum sic a pueris pronun-
tatem audiverim. Alioquin si cuius consuetudini ce-
dendum, illud Quintil. l. i. c. 5. ingemuerim potius,
quam ingeminaverim: *Hec a præcepto nostro non rece-
dent; aut si consuetudo vicerit, vetus lex sermonis abo-
lebitur*.

Indicium certe abusus est, si neque vulgus passim
ita pronunciet, ut non sine communi offensione con-

transiti possis, nec docti alioquin viri examinarint sufficientes rationes pro utraque parte, sed suarum tantummodo aurium iudicio, & sua assuetudine id metientes, aliorum, qui oppositum justis de causis sentiant, rationes aut ignorent, aut obstinate dissimulent, nec tamen revincere valeant.

C A P. III.

De Accentu in Dictionibus mere Latinis scribendis,
& de Notis discretivis significationis,
aut quantitatis.

L. REGULA. Accentus presse sumpti pro notis Tonorum, seu Tenorum, etsi olim recte omissi in scribendo, postea tamen recte introducti sunt, & melius usurpantur, saltem in hyperdissyllabis dictionibus, quam omittuntur.

Omissos fuisse Accentus hosce in scribendo a Latinis, quando florebat Latina Lingua, docent Simon Verrepæus l. 5. Gramm. c. 8. Lipsius de Pronunciatione Ling. Lat. c. 19. Angelus Politianus in Miscellan. c. 58. & Gerardus Voss. l. 2. Art. Gramm. c. 8. Constat id ex lapidibus antiquis: quo enim vetustiores, eo magis carent accentibus hujusmodi. Esto aliqui non careant notulis quantitatis acuti accentus figuram imitantibus, ad indicandam syllabæ longitudinem, adeo ut in una, eademque dictione binos hujusmodi apices legas, ut in STA'TIO', PATRO'NO', PEDA'NIO', CLE'MENS, vel idem apex sit ante antepenultimam, ut in CU'RIO'NE; quod signum est, eos non esse accentus presse sumptos. Neque latina dictione binos acutos, aut ante antepenultimam admittit acutum. Dixi autem recte tunc id factum, quia nativa illa lingua cum lacte hausta vulgo adeo usitata erat, ut non esset opus hisce notis ad syllabam attollendam, vel deprimendam, acuendam, vel inflectendam.

Postea tamen deficiente latini sermonis usu, nec rectam ejus pronunciationem, nisi ex emortuis voluminibus, tanquam e ruderibus scrutari valentibus, recte introducti sunt hujusmodi accentus, præsertim in sacris codicibus, ex quibus quotidie recitantur Psalmi, Lectiones, Evangelia, & Hymni, Antiphonæ, & reliquæ sacræ preces. Dixi porro, id recte factum saltem in hyperdissyllabis. Nam cum nobis ignotum sit in pronunciano discrimen accentus acuti, & circumflexi, & in circumflexo prædominetur acutus; ex altera vero parte nulla vox latina, ne monosyllaba
qui-

quidem, careat utroque horum accentuum, & disyllaba neutrum in fine admittat, facile absque ullius accentus scriptione scitur, & monosyllaba, & disyllaborum priorem non esse deprimendam, sed accentu attollendam. At de hyperdisyllabis dubitari potest, attollenda ne sit penultima, an ea depressa, sit attollenda antepenultima; ideoque perutiliter introducti sunt accentus, saltem in sacris libris, qui pronunciantur elata voce, præsertim in Missalibus, Breviariis, Diurnis, Antiphonariis, quæ per se ad pronunciationem elatam, & publicam instituta sunt. Esto in reliquis libris, ac scriptionibus, lectioni per se, non pronunciationi destinatis, accentuum horum notæ plerumque negligi soleant.

II. REG. Si accentus presse sumpti adhibeantur, aut servandæ eadem regulæ in scribendo, quæ in pronunciano, tam in monosyllabis, quam in poly syllabis, aut saltem in hyperdisyllabis, per accentum saltem acutum, distinguenda est penultima longa a brevi.

Prior quidem ratio eruditior esset, & deserviret non solum quantitati quoque multarum syllabarum perno-scendæ, sed etiam distinguendis monosyllabis, aut penultimis natura sua longis ope circumflexi accentus ab aliis, quæ non sunt longæ, aut non natura sua. Posterior autem ratio est id, quod ad minimum accedit. Mediam tamen viam in sacris libris Typographi tenent; nam nec monosyllaba, nec disyllaba accentibus insigniunt; in hyperdisyllabis autem utuntur modo acuto, modo circumflexo, neutrum quidem brevi penultimæ adnotantes, nec circumflexum ante penultimam; sed tamen in eo peccant multi, quod circumflexum ponunt in penultima longa, etiam quando ultima est longa, ut in *mandâti*, *declinant*, *odderunt*, *pronunciâvi*, *sermões*; item quod syllabis a majuscula littera initis accentum acutum subtrahunt, ut *Angeli*, *Israel*, & ubi diphthongus est, nec acutum, nec circumflexum ponunt, ut in *seculum*, *adhæsit*, *refrenans*, cum tamen acuunt primam in *laudent*: denique ubi est ypsilon, non ponunt accentum, ut in *cymbalis*, *tympano*, quorum prima deberet acui. Consulenda est igitur præcedentis capituli Reg. 4. In jambicis quoque illis:

Hujus celebrat annua, &

Nox, & tenebræ, & lumina,

accentus deberent poni non in prima, sed in secunda syllaba sic, *celebrat, tenèbræ.*

III. REG. Accentus late sumpti pro notis distinctionum in dictionibus æquivocis sic adnotari consue-

verunt, ut accentus gravis nota ponatur in ultima syllaba adverbiorum, aut præpositionum, quæ a nominibus, aut verbis distinguenda sunt, ut in *docte*, *una*, *alias*, *pone*, *sero*, *profecto*, *circum*, idemque dicendum adverbio, discriminando a *cum* præpositione. Accentus autem circumflexi nota ponitur tum in ablativis in A, ut in *terra*, *aqua*, *eadem*: tum in genitivis singularibus nominum quartæ, ut in *fructus*, *senatus*, ut distinguatur a recto casu; tum in genitivis pluralibus contractis, ut in *Divum*, *Cælicolum*, *Grajugenum*, *Italum*, pro *Divorum*, *Cælicolarum*, *Grajugenarum*, *Italarum*; tum denique in genitivis secundæ in I contractis, ut in *Virgili*, *Consili*, *Pompei*, pro *Virgilii*, *Consilii*, *Pompeii*, quamvis ea contractio per I quoque majusculum indicetur. Quod enim Vossius in adverbis ultimam producentibus requirit in eadem circumflexi notam, ut in *belle*, *raro*, non est receptum, imo nec ab illo usitatum, ut patebit percurrentium ejus libros. Concedo tamen illi, imo & Terentio Scauro, utile fore, si prior disyllaborum, quando longa est, & posterior brevis, signetur accentu circumflexo in illis dictionibus, quæ duplicem significationem habent, & quoad unam illarum brevem habeat priorem, & acutum postulet; sic enim discretioni tum significationis, tum quantitatis deserviret, ut in *legit* præterito, ac *legit* præsentem; *aret* ab *areo*, & *aret* ab *aro*; *freta* confisa, & *freta* maria; *malus* substant. & *malus* adject. *nata* a nascor, & *nata* a nato, *natas*, *palus* pelli, & *palus* paludis; *paret* a pareo, & *paret* a paro; *placet* a placo, & *placet* a placeo; *potis* a poto, & *potis* a possum; *remus*, & *Remus*; *serum* adject. & *serum*, *feri*. Sed quia in usu non est, nec in aliis multis æquivocis hoc discrimen servatur, nondum præcepti vim, sed solum consilii obtinuit.

IV. REG. Accentus latissime sumpti pro notis discretivis syllabice quantitatis non fuere Præcis adhibiti, quamvis postea utiliter inventi. Vulgo enim nota erat syllabarum quantitas. Quod testatur Cic. in Orat. dicens: *In versu quidem theatra tota reclamant, si fuit una syllaba aut brevior, aut longior. Nec vero cœcitas pedes novit, nec ullos numeros tenet: nec illud, quod offendit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit; & tamen omnium longitudinum, & brevitarum in sonis, sicut acutarum, graviumque vocum judicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.* Idem in Paradoxis inquit: *Histrion si paulo se movit extra numerum, aut si versus pronunciatum est syllaba una brevior, aut longior, exhibetur, & exploditur.* Cæterum pro notis quantitatis

Prisci usque ad Accium, & ultra, ut docet Quintil. l. 1. c. 4. & 7. geminabant vocales longas, præsertim quando in æquivoca dictione opus erat discretione, scribebantque *malus*, adjectivæ, sed *maalus* substantivæ; *venit* præsens, sed *veenit* præteritum; & *populus* multitudo, sed *poopulus* arbor. Quod & Angelus Politianus Miscellan. cap. 43. in veterum monumentis adnotavit, & in inscriptionibus a Grutero, & Smetio collectis observare licet, in quibus leguntur *naata*, *vaarus*, *marinas*, *paastores*, *ree*, *seedes*, *sanctissimiiis*, *Traacum*, *caarus*: quam consuetudinem, Mario Victorino teste, lib. 1. cap. de orthogr. servarunt Nævius, & Livius Andronicus, & excepto I longo: pro illo enim adhibebant EI; ut in *queis* pro quibus; *sancteis* pro sanctis. Eam tamen consuetudinem geminandi vocales non probat Terentius Scaurus, inquit enim: *Plurimū igitur per adjectionem illa videtur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi natura longis voluit: cum aliqui adjecto, vel sublato apice, longitudinis, & brevitatis nota posset ostendi: ubi legendum est voluit, non autem noluit; quidquid senserit Lipsius c. 3. de recta pronunciat. Ling. Latin. Audi enim Velium Longum sic docentem: Nam nec Accium securi sumus semper vocales geminantem, ubicunque producitur syllaba, quoniam expedita debet esse conditio scribendi. Quintilianus quoque notas hæc necessarias putavit, ubi periculum sit errandi, sed apicibus contentus fuit; lib. enim 3. cap. de Orthogr. sic scribit: Longis syllabis omnibus apponere apicem ineptissimum esse; quia plurimæ natura ipsa verbi, quod scribitur, parent. Sed interim necessarium, cum eadem littera alium, atque alium intellectum, prout producta, vel correpta est, facit: ut *malus* utrum arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. *Palus* aliud priore syllaba longa, aliud brevi significat: & cum eadem littera nominativo casu brevis, ablativo longa est; utrum sequamur, plerumque hac nota monendi sumus; cui concinit Terentius Scaurus: *Apices ibi poni debent, ubi eisdem litteris alia, atque alia res designatur, ut venit, & venit: aret, & aret; legit, & lègit: cæteraque his similia. Super I tamen litteram apex non ponitur, melius in PILAI, longum producitur; idest melius designabitur ejus productio, si ad distinguendam pilam columnam a pila globo, scribatur per I majusculum.**

V. Ex dictis a Quintiliano, & Scauro colligitur, Apicem, quo designabatur productio syllabæ naturæ suæ longæ, sive in penultima, sive in fine ablativorum, &c. fuisse similem accentui circumflexo. Esto alii in

mor
quid
Sta
pro
mid
scri
tati
pe
Scal
men
tim
est

I.

cia
per
litt
ma
can
nul
tus
Gra
gan
ut
adv
ce
Gra
cue
no
I
eti
feu
ea
bar
cer
cer
ret
ra
ōp
ri
Gr
pe

monumentis antiquis usi sint nota accentus acuti, & quidem in omnibus longis, ut vidimus Regula I. in *Statiò, Patronò, Pedaniò, Clemens, Curionò*. Alii postea pro longitudinis nota utebantur linea longa, & dimidio pro brevitatis nota; sed quia proclive erat in scribendo unam pro altera ponere, pro nota brevitatis substituere notam circumflexo contrariam, nempe minusculum ypsilon, idest *υ*, qua de re erudite Scalig. lib. 2. de causis Ling. Lat. c. 55. Memineris tamen, accentus circumflexi notam, quando est in ultima syllaba, non esse accentum presse sumptum, id est indicium attollendæ vocis.

C A P. I V.

De Accentuum sede in Dictionibus Græcolatinis pronunciandis.

I. REG. Vocabula plane Græca, & sola characterum figura latina, Græco accentu pronuncianda, & scribenda sunt, ut *παραλιπομένων*, in penultima quamvis brevi acuenda, etiamsi latinis litteris scribatur *Paralipomènon*. Ita prudenter Emmanuel de Profod. in fin. sunt enim adhuc juris Græcanici: quare non est attendenda tunc quantitas penultimæ; ideoque acuenda antepenultima in *Lithòstro-tus*, & *Elèison*, etiamsi penultima longa sit, quia Græce *λιθόστροφος, ἐλέησον*, nec ultimis syllabis negandus accentus circumflexus, si eum Græce possideant, ut in dictione *Periarchòn*, Græce *περὶ ἀρχῶν*, & in adverbiiis *antonomasticòs, hyperbolòs, ironicòs*, Græce enim desinunt in *ὼς*, inflexum. Inter simpliciter Græca sunt musicarum chordarum nomina, itaque acuenda penultima in *diatesàron, diapàson, diazeugmènon*.

II. REG. Vocabula non scriptura tantummodo, sed etiam significatione ex Græco in Latinum traducta, seu Græcolatina simpliciter, si accentum habeant in ea sede, in qua spectata quantitate, & ordine syllabarum, haberent, si essent mere Latina, utique accentu Græco pronuncianda sunt, quia qui secus faceret, neque Græco, neque Latino ritu pronunciarret. Idcirco circumflectenda est penultima in *Debbò-ra, Sepphòra*, quia apud LXX. Interpretes desinunt in *δρα*, & in *Cyrinus, Phavorinus, Cratinus, Geminus* viri proprium, quia penultimam longam habent, & Græce desinunt in *ῖνος*: inflectenda item in *Bacchius* pes, *Darius, Chorus, Spondeus*, quia Græce habent

ῖος,

aios; denique inflectenda in nominibus in *acos* terminatis, quia Græce habent *aios*, ut *Amorrhæus*, *Bartholomæus*, *Cyrenæus*, *Matthæus Pharisæus*, *Sadducæus*, *Thaddæus*, *Trochæus* pes.

Acuenda vero est penultima in sequentibus, quia sic acuitur Græce, ut longa sit, vel propter η , ut in *Parandæ*, *Egèmon*, *Philèmon*, vel propter ω , ut in *Hèròdes*, *Oròdes*, *Lagòpus*, *Melòte*, *Salòme*, vel propter α , ut in *Eudæmon*, *Palaèmon*; vel propter ϵ , ut in *Heraclitus*, *Epiphania*, *Latria*, *Sapphira*, *Thyatira*; item in *Thessalonica*, *Berenice*, quia penultima longa est natura sua, & Græce acuta. Contra vero acuenda antepenultima in sequentibus, quia sic acuitur a Græcis, ut penultima brevis sit, vel propter ϵ , ut *Aristænetus*, *Aretas*, *Nicanetus*, *Parænesis*, *Timotheus*. vel propter omicron, ut *Antigonus*, *Antiochus*, *Philoponus*, vel aliunde brevis, ut in *Apollonius*, *Polymitus*.

Quare nullo ex capite excusari possunt, qui non attollunt ultimam in *Debbora*, *Sepphira*, *Geminus*, *Darius*, *Bacchius*, *Salòme*, *Sapphira*, *Thessalonica*, *Thyatira*, &c. aut in obliquis casibus Urbium *Alexandria*, *Antiochie*, *Philadelphie*, *Laodicie*; Sic enim habent in penultima ϵ , ut ibidem acuantur, esto in recto casu acuant antepenultimam. Neque item ullum patrocinium acuentibus penultimam in *Aristænetus*, *Nicanetus*, *Parænesis*, cum Græce & brevis sit, & careat accentu, sicut & obliqua *Hectoris*, *Nestoris*; quamvis hæc penultimam acuerent Plauti tempore apud Latinos, ut assimularent *Pastoris*, *Reftoris*. Sed hodie consuetudo aliter postulat.

C A P. V.

De Vocabulis Græcolatinis Accentu a quantitate discordantibus.

Referam prius opiniones præcipuas de horum pronuntiatione, deinde quid statuendum mihi videatur, subijciam. Quintil. l. i. c. 5. occasione nominis *Atreus*, quod Græce est *ἀτρεὺς*, ait: *Atreus*, quem nobis viventibus, nempe Augusti tempore, doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessario gravis secunda esset, si quis nunc ultima gravi pro acuta pronunciet, barbarismum fecerit. Idem tamen ibidem id absolute sensit. *Mihi autem placet latinam rationem sequi, sed qui Græcam figuram sequi mallet, non latine quidem, sed citra reprehensionem loquitur*. Servius in libello de Accentibus ait, in Græcis quibusdam nominibus Latinos

tinos retinuisse Accentum Græcum, & quamvis Latina nomina ultimam non acuant, in primo tamen Bucolicorum, & Georgicorum negat acuendam, more Græco in pluralibus his *Bucolica*, *Georgica*, & in 1. Æn. in *Simois*, & 2. Æneid. in *Periphas*; non obstante autem longitudine penultimæ syllabæ, docet acuendam cum Græcis antepenultimam in *Epirus*, 1. Georg. in *Trophæa*. 10. Æn. in *Cyclopas*, 12. Æn. quod etiam docet Nicolaus Ferettus de *Diploma*. Martianus Capella lib. 3. cap. de Fastigio inquit: Græca nomina, cum in latinum vertuntur, nostra Regula pronunciantur, nisi maneant Græca. *Olympus igitur, & Caucasus, sicut Latina proferuntur, sed si maneant Græca; & huic Regule in peregrinis vocibus accedimus: necesse est tamen in obliquis casibus acutos sonos in mediis syllabis servent; quoniam apud Græcos quoque non alio accentu hæc enuntiari audimus.* Nebriffensis, Despauterius, Pantaleon, & Emmanuel de Profodia docent, si a Græcia in Latium migrarint, Latinorum norma metienda esse, datque Emmanuel exemplum nominis Græci *Ἰδάλου*, cujus penultimam inflectendam latine docet, quia longa est, & pronuncians Iddolum. Simon Verrepæus lib. 4. Grammaticæ Despauterianæ Regula de Accentu docet, Græca, si Latine varientur, Latinum sonum habere, ut *Beotia*, *Bæotia*, alioquin Græce aliter declinatur, & acuitur sic, *Βοιωτίας*; addit vero: *Sunt tamen, quæ poterunt utroque modo non indecenter efferrî, ut Andreas, Idea, penultima gravi, antepenultima acuta; Sic quidam Græco tono efferunt Theologia, Philosophia, Eucharistia, Elias, in quibus cedendum quoque usui, & consuetudini.* Thomas Corrà in suæ Profodia sine, titulo de *Accentu in peregrinis vocibus* distinguit, & ait Græcolatina vocabula si non plane transferantur ad formam declinationis latinæ, Græco potius accentu efferenda, ut *Penelope, Rhodope, Hecate, Antiopa, Calliopa*, acuendamque penultimam in illis more Græco, etiamsi brevis sit, ut & in accusativis Græcolatinis, *Orphæa, Thesæa*; sed si declinentur latine, sequendam quantitatem, & antepenultimam acuendam, ut in *Penelopa, Calliopa, Antiopa, Orpheum, Thesæum*. Sic quæ *Antiochia, Alexandria, Laodicæa, Seleucia*, plane latinam habent formam, acuendam penultimam illarum, quia longa est diphthongo *æ*; esto Græci acuant in casu recto antepenultimam; contra vero acuendam antepenultimam in *Astrologia, Geometria, Philosophia, Theologia*, quia penultima brevis est, quantumvis Græci penultimam in his acuant, nec cuius consuetudini cedendum, sed erudito.

ditorum tantummodo, & qui propius accesserit ad latini sermonis canones, præclarius loqui, atque a depravata consuetudine longius recedere, neque Ecclesiam, sed imperitos in Ecclesia barbarissimos invenisse, quos qui sequitur, barbare loqui, nec se Ecclesiæ auctoritate tueri debere. Guilielmus Baillius libello de Accentibus Græcorum carpit illorum inconstantiam, qui cum in *Alexandria*, *Thalia*, *ellipsis*, *theatrum*, & similibus non servent accentum Græcum, sed acuant penultimam, quia longa est, Græcum tamen accentum ponant in penultima horum, *philosophia*, *phantasia*, *profodia*, licet sit brevis, & in antepenultima *anaclasis*, *diatyposis*, ut faciunt Græci, licet penultima sit longa. Sed Vossius hujus sententiam referens lib. 2. cap. 9. ait, disparem rationem esse, quia *philosophia*, *phantasia*, *diatyposis*, & similia manent pura puta Græca; At *Alexandria*, *Thalia* mutant & in I longum, & *theatrum* per ON, assumit latine UM; Itaque Capellæ subscribens, non improbat tamen, si quis Latinorum canones sequens, acuat antepenultimam in *philosophia*, *etymologia*, &c. Venio ad Franciscum Vergaram, qui lib. 4. Grammat. cap. 7. in Scholiis his verbis suam opinionem declarat: *In vocabulis Græcis, quæ in Latinum usum veniunt, quale est κατηγόρημα, penultima longa, & antepenultima acuta; & φιλοσοφία, penultima brevi, eademque acuta; illud attendas, ne Græca Latino tono proferas, nec Latina Græcanico tono. Ubi tamen casus erit communis, etsi ratio, & præcepta Græmaticorum tonum requirunt Latinum, alteruter tamē locari poterit. Rectius igitur categorema penultima circumflexa, & philosophia antepenultima acuta juxta Latinam normam proferentur. Qui vero categorema antepenultima acuta juxta Græcanicū exemplar protulerit, si quidem casus communis id patitur, tolerabiliter proferet. Item qui Philosophia penultima acuta proferet, Græce proferet, nec omnino male; qui vero Philosophia antepenultima acuta, Latine, multoque melius. At dicturus in Genitivo plurali categorematon, & Philosophias in genitivo singulari juxta declinationē Græcam, acuet penultimam. Gretserus lib. 3. Institut. lingue Græcæ cap. 15. his duabus Regulis, quas fusius probat, suam sententiam claudit: Græcolatina vocabula recte pronuntiari, sive accentus, sive quantitas observetur. Hac in re tamen servendum esse loco, in quo tu es, & seculo, quo vivis, mori, & consuetudini. Quintianus Stoa Epographia 2. irridet eos, qui pronunciant acute penultimam in *Harmonia*, & *Symphonia*, & antepenultimam in *Antiphona*, *Michael*, *Raphael*. Novissime Lu-*

Ludovicus Cavallus in *Janna Musarum* cap. 14. si verba non sint plane Græca, præcipit, ut sequaris quantitatem, & Latino ritu pronuncies.

Ego, omnibus penfitatis, duas quam simplicissimas Regulas propono.

I. REG. Græcolatina vocabula eo modo pronuntianda sunt, quo non imperitorum, sed peritorum utriusque linguæ consuetudo jam certa, & manifesta obtinuit. Quare antepenultima est acuenda in *Antiphona*, *Boreas*, *blasphemia*, *historia*, *Ecclesia*, *Samarina*, quamvis Græce penultima longa sit in *Antiphona*, & *Samarina*; acuta vero in *Boreas*, *blasphemia*, *historia*, *Ecclesia*, Græce enim est ἀντιφώνη, Βορέας, βλασφημία, ἱστορία, &c. contra, quamvis brevis sit, quis non hodie acuit penultimam cum Græcis in *Andreas*, *Idæa*, *Matthias*, *Eucharistia*?

II. REG. Græcolatina vocabula, in quibus accentus Græcus discrepat a quantitate penultimæ, licet ubi consuetudo non obstat, utrovīs modo sine reprehensione pronuntiari possint, videlicet sequendo vel Græcicum accentum, vel quantitatem penultimæ syllabæ; melius tamen pronuntiantur juxta quantitatis latinæ leges. Nam cum origine Græca sint, cur non liceat Græcum accentum sequi? etiamsi terminationem non habeant omnino Græcam; cum item Latina jam sint non solum scriptura, sed etiam significatu, & plerumque etiam terminatione, cur ita non fas sit Latino ritu sequi quantitatem penultimæ in ea pronuntianda?

Melius tamen, si Latinos canones sequamur, & cum penultima longa est, illam vel acuamus, vel circumflectamus, cum brevis, antepenultimam acuamus, statuo.

1. Auctoritate Quintiliani, quem sequuntur plures, Nebriffensis, Despauterii, Pantaleonis, Emmanuelis, & Ludovici Cavalli, de quibus supra, quia Quintilianus tempore Augusti, Tiberique florens optime novit, quid Romanus populus in his vocabulis servaret, nec approbavit Grammaticos nescio quos barbarissimi condemnantes, si quis non acuisset ultimam in *Atreus*. 2. Quia Regula simplicior evadit, & est praxi accommodatior; illa vero distinctio terminationum, & casuum, de qua Capella, Coræus, Verrepæus, Vossius, Vergara, nimis ardua, & recondita, multique Græcæ linguæ non tam profunde periti, in dubiis consulentes Lexica, non attendunt, an in casibus obliquis varient accentum; at Regulæ pronuntiationis, ut & scriptionis, debent esse quam expeditis.

ditissimæ, sicut Velius Longus dixit, ut retuli cap. præcedenti. Idcirco enim Accium geminam litteras in syllabis longis, & Scavrus, & reliqui omnes postea damnarunt, soloque apice contenti fuerunt: non sunt igitur Latine loquentibus, & Latine affuetis multiplicanda onera, & tricæ pronunciationis absque necessitate, nec parum erit, si ex Græcis vocalibus, aut diphthongis norint penultimæ quantitatem distinguere. 3. Sicut Græci mutantes nomina Latina, & facientes ea Latinogræca, neglecta lege Latini sermonis, accentus alibi ponunt sæpe, ac ponendi, si Latine efferendi essent, scribuntque pro Romulo *ρῶμυλος*, pro Italia *ιταλία*, pro Claudiano *κλαυδιάνος*, normam, & analogiam Græcam servantes, cur Latini non præferant suos canones Græcis, & suo potius jure, quam alieno utantur in vocabulis ex Græcia in Latium traductis? id enim & in moneta servabant, & drachmas in denarios constantes imprimebant illis suorum numismatum characteres, & emblemata, nec signabant illos notis Græcis: sunt autem vocabula velut moneta, qua commercium cum aliis animi nostri sensuum transigimus. 4. Demum hæc Regula longe minus exposita est periculo errandi in quantitate syllabarum, & magis deservit communi illi Regulæ discernendi ex accentu quantitatem penultimæ, fateatur enim Gretserus, & nos sæpe advertimus, accentum in Græcolatinis vocabulis decepisse Poetas aliquos, & ansam in quantitate peccandi obtulisse. Sic quia Græce scribitur, & pronuntiatur *ἀνίκητος*, & *ἔιδωλον*, quamvis penultima sit longa, tamen Tertullianus contra Marcionem:

*Idola vana sequi, turbam sibi fingere Divum,
Atque pro suscepit Anicetus ordine sortem.*

Sic Sidonius accentum Græcum penultimæ secutus, produxit eam in *ἀριπίδης*, & corripuit in *μάθησι*, contra quam oportuit.

Orchestra quatit alter Euripidis. Phalæc.

Percurrit Mathesim, numeris interrogat umbras.

Ausonius quoque accentu Græco delusus in nomine *τρίγωνος*, & *τετράγωνος*, penultimam male corripuit, dicens:

Per totidem partes trigonorum Regula currit,

Fulgur tetragono aspectu vitale coruscat.

Imo apud Plautum dactyli sunt *Phædromus*, & *Philippus*, quia Græce sunt *φαιδραμῶ*, & *φιλιππῶ*, quibus tamen locis aliqui hæc nomina Græce scribant. Sic Vincentius Opsopæus produxit penultimam in *O-rigees*, quia Græce acuitur a Suida sic, *Ὀριγένης*.

Ut

Ut autem magis appareat quam periculofum fit pronunciare penultimam acutam, quando est brevis, aut non acuere, nec flectere, quando est longa, præfertim positione, placet subicere aliquot Græcolatina Vocabula, in quibus discordia Græci accentus a quantitate penultimæ absonam Latinis (pauciffimis vi consuetudinis exceptis) pronunciationem faceret.

Brevis penultima, sed Græce acuta in

Æschylus	ἄισχύλος
Anacreon	ἀνακρέων
Aristoteles	ἀριστοτέλης
Boreas	βορέας
Blasphemia	βλασφημία
Candace	κανδάκη
Philosophia	φιλοσοφία
Pytheas	πυθέας
Origenes	Ὀριγένης
Calliope	καλλιόπη
Callisthenes	καλλισθένης
Oligarchia	ὀλιγαρχία
Andreas	ἀνδρέας
Chæreas	χαίρεας
Diogenes	διογένης
Demosthenes	δημοσθένης
Eratosthenes	ἐρατοσθένης
Helias	ἡλίας
Syria	συρία
Eucharistia	εὐχαριστία
Euripides	εὐριπίδης
Gorgias	γοργίας
Harmonia	ἁρμονία
Hermocrates	ἡρμοκράτης
Historia	ἱστορία
Lysias	λυσίας
Maria	μαρία
Naumachia	ναυμαχία
Pausanias	παυσανίας
Barnabas	βαρνάβας
Rhodope	ροδόπη
Corydon	κορύδων
Penelope	πηνελόπη
Demeas	δημέας
Simonides	σιμωνίδης
Socrates	σωκράτης
Protagoras	πρωταγόρας

Diagoras	διαγόρας
Xenagoras	ξεναγόρας
Antisthenes	άντισθένης
Carpocrates	καρποκράτης
Isocrates	ισωκράτης
Idea	είδέα
Aristophanes	άριστοφάνης
Matthias	ματθίας
Nomotheta	νομοθέτης
Steropes	στερόπης
Thrafeas	θρασείας

Longa penultima sine Accentu apud Grecos.

Aristarchus	άρισαρχος
Aristippus	άρισιππος
Apollodorus	άπολλόδωρος
Athenodorus	άθηνόδωρος
Artemidorus	άρτεμιδώρος
Alexandria	άλεξάνδρεια
Alexander	άλεξάνδρος
Agapetus	αγάπητος
Anapæstus	ανάπαιστος
Ælurus	άιλυρος
Antiochia	άντιόχεια
Æsopus	άισωπος
Blasphemus	βλάσφημος
Cephisodorus	κηφισόδωρος
Catalepis	κατάληψις
Dicolos	δικωλος
Demogetus	δημόγητος
Ellipsis	έλλειψις
Eremus	έρημος
Diatyposis	διατύπωσις
Hysopum	ύσσωπον
Hipparchus	ίππαρχος
Theorema	θεώρημα
Homerus	όμηρος
Iphigenia	ίφιγένεια
Idolum	είδωλον
Heraclitus	ήρακλειτος
Mathesis	μάθησις
Metamorphosis	μεταμόρφωσις
Meteora	μετέωρα
Molossus	μόλοσσος
Menelaus	μενέλαος
Metrodorus	μετρόδωρος

Ari-

I. R
co not
Parali
II. E
ctiam

Aristobulus	ἀριστόβουλος
Acroama	ἀκρόαμα
Arcefilus	ἀρκεσίλαος
Nicomedia	νικομήδεια
Nicolaus	νικόλαος
Orthodoxus	ὀρθόδοξος
Protesilaus	προτεσίλαος
Paracletus	παρακλητός
Paradisus	παράδεισος
Plutarchus	πλούταρχος
Philippus	φίλιππος
Axioma	ἀξίωμα
Pofidippus	ποσίδιππος
Peristroma	περίστωμα
Periphēria	περιφέρεια
Categorema	κατηγορήμα
Peripetia	περιπέτεια
Phrenēsis	φρένησις
Samaria	σαμαρεία
Seleucus	σέλευκος
Seleucia	σελεύχεια
Philadelphia	φιλαδέλφεια
Tricolos	τρίκωλος
Trophæum	τρόπαιον
Problema	πρόβλημα
Epiphonema	ἐπιφώνημα
Thymiamia	θυμίαμα
Theophrastus	θεόφραστος
Theopompus	θεόπομπος
Theatrum	θέατρον
Theodorus	θεόδωρος
Thyatira	θυάτιρα
Trigonum	τρίγωνον
Tetragonum	τετράγωνον

CAP. VI.

De Accentu in Vocabulis Græcolatinis
scribendis .

I. **R**EGULA. Si vocabula sint sola scriptura, non autem significatione Græcolatina, accentu Græco notanda sunt, & ita acuenda est penultima in *Paralipomènon*, & antepenultima in *Eldison*.

II. REG. Si Vocabula sint non sola scriptione, sed etiam significatione Latina, quo accentu pronunciau-

K

da



da sunt, eodem & scribenda. Vide ergo Regu. 2. 3. & 4. cap. 4.

Quæres 1. An Græci olim adhibuerint in scribendo accentuum notas. Respondeo, Aristotelis tempore non fuisse in usu, quod colligitur ex lib. 1. c. 3. Elenchorum, ubi docet, sophisma fieri posse propter accentuum, si scriptura spectetur, quia caret accentu, non autem extra scripturam, ait enim: *Propter accentum autem in iis, que sunt sine scriptura, non facile ex dialecticis argumentari, idest sophisticè: in scripturis autem, & poematibus magis:* & subjicit exempla ex Homero. Ex quibus liquet, controversias oriri solitas, eo quod Græci accentuum notas in scriptis non adhibeant. Sed & Angelus Politianus in Miscellaneis cap. 58. testatur, visa sibi in vetustissimo codice Sibyllina carmina sine ullis fastigiis, & c. 80. Callimachi codicem legisse, in quo nullus erat accentus. Josephus quoque Scaliger in Animadversionibus Eusebianis ad annum 1426. & ex eo Vossius lib. 2. Artis Grammat. cap. 8. ajunt ætate S. Hieronymi accentus Græcos non fuisse usitatos in scribendo, ideoque sanctum Doctorem Zachariæ cap. 14. cum legendo didicisset ἀγρὸν significare viticem, & castam, dixisse arborem sic vocari, quod casta sit, atqui aliud est ἀγρὸς vitex, aliud ἀγρός, castus, ut videre est apud Dioscor. l. 1. c. 136. Idem S. Doctor verbum καδαίπει transtulit in subvertit, cum deberit transferri in emundavit, & usus est καδαίπει pro καδαίπει.

Quæres 2. Quænam sint Regulæ accentuum Græcorum? Respondeo, id ad nos non spectare, qui nec prosodiam, nec orthographiam Græcam tradimus, sed Latinam. Quare consulendi erunt Franciscus Vergara lib. 4. Gramm. Græc. a cap. 3. ad 13. & Jacobus Gretserus lib. 1. Institut. Ling. Græc. cap. 22. Tantum addo, circumflexum accentum rite in Græcis adnotatum, esse certum signum syllabæ longæ: nunquam enim locatur nisi super syllaba natura sua longa, vel natura simul, & positione, nec unquam nisi aut in ultima, aut in penultima, modo ultima brevis sit: non tamen semper circumflectitur ab illis penultima, etiam si longa sit natura, & ultima brevis. Multa enim composita retrahunt accentum a penultima in antepenultimam, & tunc evadit acutus. Sedes enim accentus Gravis prædominantis est sola ultima, Circumflexi est sola ultima, & penultima, Acuti ultima, penultima, & antepenultima. At Acutus in nulla eorum est indicium longitudinis, aut brevitatis, in quo Græci valde discrepant a Latinis.

CAP.

PA
q
Hebr
præd
sis op
vit, &
ubi d
Hebr
riam
clina
ut J
circu
pereg
rum
Profo
quan
voca
profe
phrã
En
omni
nunc
ta ex
excep
Hebr
ra, G
mele
mele
quæ
Dem
a Re
tam
ditis
liqua
tur
tis se
I.
catio
ca, l
ta fi
tini
brã

C A P. VII.

De Accentu in Vocabulis Hebraicolatina
pronunciandis.

PAuciora de his præcepta nactus sum. Alexander quidem dictus dogmatistes dixit, omne nomen Hebraicum, imo omne peregrinum habere accentum prædominantem in fine, sed eum Antonius Nebriffensis opusculo de nominibus Græcis, & Hebraicis refutavit, & ex eo Despauterius l. 4. & Simon Verrepæus l. 4. ubi de Accentu, Except. 5. ait: *Peregrinis vero, seu Hebræis Græci acutum in fine fere tribuerunt: ut Mariam, Abraham, Joseph. At quoties hæc more suo declinant, suum illis annotant, quod Latini imitantur; ut Josephus, Jacobus, Noëmus, Michaëlus, accentus circumflexo in penultima. Porro si ignoretur proprius peregrine vocis tonus, tutissimum fuerit juxta latino-rum accentum illam enunciare.* Thomas Corràc. ult. Profodiæ sic statuit: *Peregrina, ut Hebræa, & Græca, nunquam habent accentum in quarta a fine. Hæc si non revo-centur ad latinam formam, non sunt accentu Latino proferenda, sed Hebraico, Jacob, Israël, Ephraim, Ephràta, quia loquuntur sic Hebræi, vel Græco, ut, &c.*

Emmanuel in fine Profodiæ sic præcipit: *Que Hebræa omnino sunt, neque latinitate donata, Hebræo tono pronunciantur, ut Amèn, Cherubim, Seraphim, quæ acuta extrema, ut pleraque alia efferuntur.* Subdit tamen exceptionem aliquorum nominum, quæ penultimam Hebraice acunt, ut *Abel, Abigail, Baal, Eden, Ephràta, Gòmor, Isbòset, Phàse, Sibòlet, & quæ in zer, sedech, melech, ai, desinunt, ut Eliezer, Melchisedech, Abimelech, Sarai, Sinai,* aitque alia esse hujus classis. Sed quæ in *ai*, sæpe diphthongo Hebraica terminantur. Demum P. Ludovicus Cavallus in sua Profodia cap. 14. a Regula Emmanuelis excipit *Josedech* ultimam acutam habentem, deinde ex Bibliis a Sancte Pagnino editis colligit nomina, quæ penultimam acunt, ut reliqua in catalogo illo non comprehensa, pronuncientur ultima acuta, Hebræo scilicet more. His delibatis sequentes canones statuo.

I. REG. Vocabula sola scriptione Latina, sed significatione, nedum forma, & terminatione plane Hebraica, Hebraico accentu, vel Græco, si Græce translata sint, melius proferuntur. Nondum enim sunt Latini juris. Atque ita ultima melius acuitur cum Hebræis, Græcisque in *Eloëm, Ephòd, Epphetà, Caàt,*

Gazèr, Jeová, Merár, Oepèi, Phaltè, Rabbi, Sabàòth, Sichèm. Et in illis Domini verbis, Matth. 27. *Elì Elì lamma Sabacthani*, Græce enim ad Hebraicam normam est, *ἐλὶ ἐλὶ λαμμά σαβαχθάνι*, vel Marci 15. *ἐλωὶ ἐλωὶ λαμμά σαβαχθάνι*. Inter hæc Emmanuel numerat *Amèn, Seraphim, Cherubim*, sed usus alicubi oppositum obtinuit.

II. REG. Vocabula Hebraicolatina, quæ non sola scriptione, sed significatione Latina evaserunt, etiam si non omnia Latine terminentur, aut declinentur, possunt pronunciari accentu Hebraico, vel Græco, vel Latino; melius tamen Latino more pronuntiantur, quando accentus penultimæ Hebraicus, aut Græcus discordat à quantitate penultimæ. Prior pars inde suadetur; quia Græca translatio solet in accentu, & quantitate sequi Hebraicum accentum, & quantitatem vocalium, aut diphthongorum: quare cum reduci possint ad suam radicem, & originem, non in erudite pronuntiantur accentu Hebraico, aut Græco, si quis eam rationem calleat. Cum vero etiam latinitate donata sint, nec ideo non sint Latina, quia indeclinabilia sint, siquidem latinitati non repugnat nomen *ἄπτωτον*, seu indeclinabile, utique forma Latina pronunciari possunt, idest sine accentu in ultima, & attollendo penultimam, si longa sit, vel si brevis, antepenultimam. Imo hoc melius esse, evincunt omnes rationes adductæ pro Reg. 4. cap. 4. ubi diximus idem de Græcolatinis, & præcipue ne accentus a quantitate dissidens det ansam errandi in quantitate: sunt enim non pauca Hebraicolatina, quæ Hebraicum, Græcumque accentum habent in penultima, quantumvis brevi, ut *Abimèlech, Melchisèdech, Azarias, Ezechias, Zacharias, Achitòsel, Nabuchodonòsor*: aliqua vero, quamvis penultima longa sit, in ea tamen non habent accentum, sed in antepenultima, ut *Gomorria, Jàirus, Osanna*. Hoc tamen periculum cessat in illis vocabulis, quorum accentus est in ultima.

Hinc tamen colliges, nullo (nisi forte consuetudinis, sed certæ, peritorum quoque) obtentu excusari posse qui aliter pronuntiant vocabula illa, in quibus accentus Hebræus, & Græcus conspirat cum penultimæ quantitate, cujusmodi sunt *Eleazar, Eliezer, Bethsura, Debbara, Sepphora, Cethura, Olophernes, Phennena, Schiboleth, Balthassar, Sunamitis, Thesbites*, quæ accentum habent in penultima longa. Secus est in *Beelphegor, Sodoma*: Non attexo Catalogum Hebraicorum nominum: hæc enim abunde peti possunt ex Indice nostro.

CAP.

Q
bro
centus
tur, ne
pronunci
bræi olin
gentes,
men sub
gua Heb
calia a
fia, & P
anno ab
ta in pr
gistros
bus ling
distinctio
nec ultimi
ut testat
bro cap.
dice con
Ben-Afc
fii 1040.
Gramma

De disse

1 Q
ma long
& si bre
tem qui
a pueris
hinc fac
titate ce
discerne
tur; At
erorem
spis Pro

C A P. VIII.

De Accentu in scribendis Nominibus
Hebraicolatinis.

Quamvis usus jam obtinuerit, ut extra sacros libros, qui in Ecclesia cani solent, in reliquis accentus non soleant notari, melius tamen adnotarentur, ne liberum esset unicuique pro libito tam varie pronunciare nomina Hebraicolatina. Etsi enim Hebræi olim nativam linguam ab infantia cum lacte surgentes, hoc adminiculo non indigebant, postea tamen sub Honorii Imperatoris tempore deficiente lingua Hebraica, inventi sunt accentus, & puncta vocalia a Magistris quibusdam Judæis, primum in Mœsia, & Paphlagonia, vel apud Tiberiadem Palæstinæ, anno ab everfione templi 476. ut docet Helias Levita in præfatione Masoreth: deinde alibi, quos Magistros *Masoreth*, seu Masorethas vocabant, ut rudibus linguæ Hebræicæ confulerent; Quamvis accentuum distinctio accuratior facta sit processu temporis, donec ultimam manum adjecit Ben-Afcher: is enim, ut testatur Maisinonides in Misna, idest in Legis libro cap. 8. multos annos impendit in bibliorum codice congruis accentibus describendo; floruit autem Ben-Afcher, sicut & Ben-Nephtali circa annum Christi 1040. & post Rabbi Sandiam primum Hebræorum Grammaticum, ut asserit Vossius lib. 2. cap. 8.

C A P. IX.

De differentia inter Accentum, & quantitatem Syllabæ, & de comparatione Profodiæ
Græcæ, Latinæque.

Quoniam Latinus sermo, cui longe magis, quam Græco, Hebraicove assuevimus, cum penultima longa conjungit accentum acutum, vel inflexum; & si brevis sit, illam non acuit, nec inflectit; & item quia in Regulis Generalibus Profodiæ docemur a pueris venari quantitatem penultimæ ex accentu; hinc factum est, ut non pauci accentum cum quantitate confundant, quasi per se institutus sit ad illam discernendam, eamque perpetuo, & ubique comitentur; Atqui hoc perquam falsum est, & contra hunc errorem clamant passim optimi quique Grammatici in suis Profodiis, Nebriffensis, Despauterius lib. 4. Ve-

repæus lib. 5. cap. 2. & 3. Emmanuel Præc. 1. Append. 2. & ult. pag. Gretferus lib. 3. cap. 47. & 35. Voffius lib. 2. cap. 10. & 12. & alii. Primo enim Hebræi, & Græci crebro penultimæ brevi accentum tamen accentum superimponunt, & penultimam longam frequenter nec acuunt, nec circumfleunt, ut patet ex dictis cap. 3. & 5. Imo Voffius putat antiquos Latinos penultimam quidem produxisse in *aliquando*, & *exadversum*, & tamen acuisse antepenultimam. 2. Nulla dictio Latina plures accentus attollentes habet, sed unicum, & tamen capax est plurium syllabarum longarum, ut *Romanorum*. 3. Excepta penultima apud Latinos, omnes allæ syllabæ, quantumvis longæ, capaces sunt accentus gravis, imo omnes ante antepenultimam, ut *implacabiliter* tres primas longas habet absque alio accentu, quam syllabico, & gravi. 4. Antepenultima, quamvis brevis, capax est accentus acuti, imo necessario acutum habet, quoties penultima brevis est in latinis dictionibus, ut in *facilis*, *difficilis*, *abstinuit*.

II. Sed quia aliquibus durum hoc diffidium Accentuum a quantitate videtur, Italis præsertim, qui suis in versibus aliam mensuram nesciunt, quam accentum; differentię hujus subtilitas hoc loco explicanda est. Quintuplex igitur quantitas in syllaba pronuntianda considerari potest, nempe 1. Temporis, quod in proferenda illa impenditur. 2. Temporis, quod intercedit ab ejus prolatione ad propagationem soni audibilis, vel Echo. 3. Temporis, quo jam prolata durat sonus ejus in aere, 4. Spatii, seu intervalli in aere, ad quod se extendit ejus sonus. 5. Intensionis, aut remissionis pro majore, minoreve conatu in imprimendo impetum organis, quibus utimur ad pronuntiandum, quas quantitates non pauci in unam, duasve ad summum confundere, & alii doctrinam hanc *κανονικην* vocantes, cum Varrone apud Frontinum lib. de limitibus agrorum, sub Geometria collocarunt, eo quod Geometria metiatur quantitatem continuam, Canonica autem syllabarum longitudinem, & altitudinem. Alii cum Hippalo Metapontino, & Martiano Capella lib. 9. cap. 5. Metricam, & hanc ad Musicam revocarunt, sed ipsa Musica tandem est subalterna partim Geometriæ, partim Arithmeticæ.

III. Tempus itaque, quod in syllaba pronuntianda impenditur, aut unicum est, & tunc syllaba dicitur *μονόχρονος*, idest unius temporis, & brevis, illique respondet in musicis notis illa, quæ appellatur *Brevis*, & commensurata simplici manus percussioni, & valet

valet
& di
barte
sylla
tum
ma
tilian
confi

Te
seriu
cie f
aeris
nore
aut
imm
eade
conf
tanq
inter
citiu
gius
effic

In
nem
cum
tand
lang
illis
te,
mus
tum
ryto
dar
vis
verf
& f

not
vel
do
nis
imp
tum
ten
stro
ut
den
sent
ptil
ac

valet Italice *una battuta*; aut duplex tempus requirit, & dicitur *διχρονος*, & longa est, & valet Italice *due battute*; ideoque prisca Romani usque ad Accium in syllaba longa geminabant vocalem, dicentes præteritum *veenit*, *maater*, *staabo*, *Thraacus*, *Paastores*, & *maalus* arbor, *Musaa* in ablativo, ut supra ex Quintiliano l. I. c. 4. & 7. & Politiano cap. 43. Miscellan. constat.

Tempus autem, quo syllaba jam prolata citius, aut ferius audibilis per se est, aut durat in sono, vel specie soni per aerem propagati diutius, sicut & spatium aeris, quod occupat, pendet vel a mora majore, minoreve, qua prolata fuit; vel a conatu intensiore, aut remissione, quo pronuntiatur; quo enim plus immoramur syllabæ enunciandæ, eo pluribus vicibus eadem velut repetita denuo generatur, aut genita conservatur; item quo majore impulsu vox emittitur, tanquam sagitta ab intensiore nervo emissa, & sonus intensior, ac durabilior fit, & ejus species audibilis citius, vel longius intervallum pertransit, & a longius distantibus auditur, atque Echo magis sonoram efficit.

Intensio denique est, cum per *ἀρισί*, idest elevationem acuitur, aut circumflectitur. Remissio autem, cum per *θέσι*, idest depositionem deprimitur, & tanquam gravis cadere finitur ipsa remissione, ac languore pronuntiandi. Non loquimur autem hic de illis speciebus acuti, & gravis, quæ non a quantitate, sed a qualitate vocis petuntur, & secundum quas musicorum aliqui dicuntur cantando exprimere tantum, seu supremum sonum, aliqui infernum, seu barytonum; aliqui medium inter hos Tenorem, aut chordarum aliæ acutam, aliæ gravem vocem edunt, quovis modo tendantur: nec de illis speciebus, quæ a diversis gradibus modulationis ejusdem vocis oriuntur, & secundum quam idem musicus in scala musica per notas, *ut, re, mi, fa, sol, la*, ascendit, aut descendit; vel eadem chorda magis, minusve tensa diverso modo intra sui speciem sonat: sed de illa specie acuminis, aut remissionis, quæ oritur præcise ex vi, & impulsu adhibito in imprimendo impetum, ac motum, quo sonus efficitur: quo modo chorda eadem tensione retenta potest tamen tangi digito, aut plestro, vel levissime, ut vix sonum gignat, vel valide, ut sonum insignem efficiat, & idem æs sonorum eodem malleo sic percuti, ut modo intensum, ac valde sensibilem tinnitum, modo remissum, ac vix perceptibilem reddat. Quamvis enim differentia prædictæ, ac species magnam inter se affinitatem habeant, &

impetus intensior acutiorem quoque quoad qualita-
tem sonum, remissior graviorem, sed obtusior
efficere consueverit; subtilius tamen considerata non
sunt omnino eadem.

His præmissis dico, non esse necessario connexa in-
ter se longitudinem syllabæ, & acumen accentus; si-
ve longitudo spectetur ex tempore, quod illi cudendæ
impenditur, sive ex tempore, quod requiritur, ut ea
prolata audiatur, vel resonetur. Potest enim eadem
quantitate temporis adhiberi major, aut minor, aut
nullus fere conatus in impetu, ac sono imprimendo,
imo breviori temporis morula major conatus adhibi-
tus acutiorem sonum efficere, & velociorem, hoc est,
qui minoris temporis interstitio audiatur ab æque di-
stantibus, quam sonus remisse, & gravi accentu fe-
gniter prolatus. Et vice versa potest tarda esse pro-
latio syllabæ, atque adeo longioris moræ, tum in i-
psius formatione, tum in ipsius perceptibilitate, &
tamen esse gravis, & sine acumine. Quod acutissime
advertit Jacobus Mazzonus in defensione Dantis lib.
2. cap. 31. qui pro se adducit Platonem, Aristotelem,
Boetium, ac Suidam. Aristoteles enim in Problema-
tibus partic. 11. multis in Problem. & partic. 19. Pro-
blem. 21. docet, *gravem sonum plus temporis obtinere,*
quam acutum; & acutum velociorem esse, citiusque
desinere. Plato autem in Timæo apud Plutarchum q.
6. Platonica dixit de Phthongis, *ὄξύς μὲν γὰρ ὀτάρχης*
γίνεται, βαρὺς δὲ ὁ βαρῶς, videlicet: *Etenim sonus*
acutus velociter fit, gravis autem tarde. Et Boetius
lib. 1. Musicæ cap. 3. *Si tardior fuerit, ac rarior motus,*
graves necesse est sonos effici ipsa tarditate, aut ra-
ritate pellendi. Sin vero motus sint celeres, ac spif-
si, acutos reddi necesse est sonos.

Addit vero exemplum de nervo intensiore, ac ce-
lerius vibrationes plures repetente, & de laxiore,
qui tardos pulsus affert, ac rarus est, nec diutius tremit.
Denique Suidas, verbo *ὄξύ*, ait, *sonum acutum esse,*
qui cito penetrat ad sensum, citoque desinit.

Porro dissidere inter se videntur hinc Aristoteles,
& Suidas dicentes, acutum sonum citius desinere,
Boetius autem acutum sonum chordæ intensioris diu-
tius tremere. Sed Aristoteles, & Suidas loquuntur
de tempore, tum quo acutus sonus gignitur, tum quo
penetrat aerem, & ferit aures: hoc enim minus est,
quam tempus, quo sonus gravis gignitur, loquendo
de qualitate soni requirentis crassiora instrumenta, &
plus aeris intra os, vel organa colligendi, aut quo
fungitur officio percutiendi aurem audientium. Boe-

nius autem de duratione soni in aere vel per se, vel ob crebriores vibrationum iteratarum percussiones aeris. Plato quoque apud Plutarchum supra dixit, *acutum celerius ad aures pervenire.*

IV. Dico, si longitudo syllabæ sumatur non a tempore, quod illi formandæ impenditur, nec a tempore, quod intercedit, ut sonus ejus, aut soni imago ad aures perveniat, sed a duratione, qua sonus syllabæ jam prolatae, aut ipsius species audibilis perseverat, vel a longitudine intervalli, ac spatii, quod eodem tempore percurrit in aere, vel in aqua: Dico, inquam, syllabam acuto accentu prolatam longiorem esse, quam gravi, ut experimento patet. Quo enim intensior est impetus impressus aeri intra os, vel organa musica collecto, eo plures gradus habet sonus, eoque diutius perdurat, & longius pervadit, ita ut audiatur a longius distantibus, & altius phantasiæ, ac memoriæ infigatur; non secus ac sagitta intensiore nervo emissa longius fertur, & diutius impetum conservat; remissiore vero brevius spatium occupat, citiusque deorsum decedit. Hanc longitudinem consideravit Aristoteles, dum partic. II. Probl. 6. & 47. dixit: *Acutiorē vocem longius audiri, & longius ferri, quia vehementior est.* Ex quo Petrus de Apono in partic. 29. Probl. 32. explicavit duplici similitudine; ait enim: *Difficile est mox cessare a cantibus acutis, eo quod venti sunt valde, seu equum extensum velocissime currentem molestum confestim sistere, atque similiter navim velocissime impulsam.*

Finis Partis Octavae.

S E Q U I T U R
P A R S N O N A

Continens Poetarum Versus, quibus confirmantur tum quæ hætenus dicta sunt in Regulis de Syllabarum quantitate; tum Syllabarum quantitas in Indice Magno, seu Parte decima exprimenda.

P O E T A R U M
C A R M I N A.

Livius Andronicus.

- Balthus, & revocet volucres in pectore finus.
Dirige odoriferos ad nota cubilia canes.
Cum socios nostros mandisset impius Cyclops
- 5 Mulier quisquis es, te volumus, &c.
- Q. Ennius in Annalibus.*
- Te Quirine pater veneror, Horamque Quirini.
Hocce loquutus vocat quicum bene sæpe libenter.
Consilio indu foro lato, magnoque Senatu.
- 10 Doctus fidelis, suavis homo, facundus, suoque.
Contentus scitusque beatus secunda loquens in
Tempore commodus, & verborum vir paucorum
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Jamque fere pulvis ad cælum vasta videtur
- 15 Additur orator Cornelius suaviloquenti.
Insignita forent tum millia militum octo,
Ostendat nobis si vivimus sive morimur.
Occumbunt multi lethum ferroque lapique
Exin per terras postquam celerissimus rumor
- 20 Annuit sese mecum decernere ferro.
Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis
Spero, si speres quidquam prodesse potis sunt
Indu mari magno fluctus se at tollere tentant
It eques, & plausu cava concutit ungula terram
- 25 Certabant urbem Romamne, Remamne vocarent.
Omnis cura viris, uter esset Induperator.
Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis
Eorundem libertati me parcere certum est.
Egregie cordatus homo Catus Elius Sextus
- 30 Simia quam similis, turpissima bestia nobis!
At tuba terribili fonitu tarantara dixit.
Certare abnuo: metuo legionibus labem.
Pandire fulti genas, & corde relinquit somnum.
Impotentés sunt magæ, quam sapientipotentés

Ilia

Ilia d
Virgi
Poeni
Averf
Tanti
Dequ
Redd
Et se
Juno
Merc
Ova
Nos
Vultu
Fortu
Omn
Hac
Conf
Inter
Et fi
Ni n
Ingen
Dicer
Ince
Poste
Quos
Conc
Labi
Satu
Tra
De S
Ter
Qui
Tu
Plur
Si q
Sagi
Lin
Cui
Alte
An
Odi
Eph
Ut
Nec
Ini
Vig
In
Riv
De
Ut
Te
Ad
Se

- Illa dia nepos, quas ærumnas retulisti? 35
 Virgine', nam sibi quisque domi Romanus habet fat.
 Pœni sunt soliti fos sacrificare puellōs
 Averfabuntur semper vos, vos traque volta.
 Tandem, quasi fœta canis, sine dentibus' latrat
 Deque totondit agros lætos, atque oppida cepit 40
 Reddidit, ut summo Regi famulus' optimus esset.
 Et semel effugiet spes ita funditu' nostras.
 Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
 Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo.
 Ova parere solet genu' pennis condecoratum. 45
 Nos sumus Romani, qui fuimus ante Rudini
 Vulturis in sylvis miserum mandebat homonem
 Fortes Romani siti' quamquam cœlu' profundus
 Omnibus endo locis ingens apparet imago
 Hæc effatus ibus. latrones dicta capebant. 50
 Constitit inde loci propter fos dia Dearum
 Interea fugit albus' jubar Hyperioni: cursum
 Et simul erubuit ceu lacte, & purpura mista,
 Ni metus ulla tenet, rite in virtute quiescunt.
 Ingens cura mis est concordibus æquiparari, 55
 Dicere quod minimum est, neque ut ajunt mi facere audent
 Incedit veles vulgo silicibus' latis.
 Postquam lumina sis oculis bonus Ancus' reliquit
 Quos ubi Rex paullos spexit de montibus' celsis
 Concava sub monti late specus intus' manebat. 60
 Labitur uncta trabes remis rostrata per altum.
 Saturnus, quem cœlu' genuvit, ab æthere lapsus.
 Transfigit saxo, cere comminuit brum.
Ennius in versibus jambicis.
 De Sole sumptus ignis, isque mentis est. 65
 Terra corpus est; at ignis mentis est.
 Quid tumulti est? nomen quis usurpat meum?
Marc. Pacuvius in jambicis.
 Tu curvifrontes pascere armenta soles:
 Plures calamitas annos annas calatur. 70
 Si qua potestur investigari via.
 Sagittis, plumbo, saxis grandinat, nivit.
 Lingua bifidulis actu crispo fulgere.
Cn. Nevius in jambicis.
 Cui cæpe edendo heu oculus alter profuit. 75
 Alterplices bicoloreæ radiculae.
 An nata est sponte prægnans? vel ai, vel nega,
 Odi summissos; proinde aperte dice quid fiet.
 Ephialtes, Mimas, bicorpores Terras filii.
Plautus in Amphitruone. jambic. 80
 Ut vos in vestris voltis mercimoniis.
 Nec Jugulae, neque Vesperugo, neque Virgilie occidunt.
 Inimicos semper oia sum obtuerier.
Plautus in Asinaria.
 Viginti jam usu' si filio argenti minis. 85
 In tonstrinam juseram venire: is nullus venit,
 Rivinus amens, ob præceptam mulierem.
 Deam sibi invocet quam libebit propitiam.
Plautus in Aulularia. 90
 Utinam me divi adassint ad suspensium.
 Testudineum istum tibi grandibo gradam.
 Adeunt, consistunt, copulamur dexteras.
 Servos fideles liberalitas facit.

- Etiame obturat inferiorem gutturem?
 95 Qui ossa ac pellis torus est, ita macet.
 Referoque mater, quod dudum obsecravam.
 Perii mea nutrix: obsecro, uterum dolet.
Plautus in Bacchid.
 Plotus qui Latinissat, vocat Bacchides.
 100 Scelestiozem nullum illuxere alterum.
Plautus in Caprivis. jambici.
 Nam hoc pene iniquum est Comico choragio.
 Operta quæ fuere aperta sunt: patent præstigæ.
 Neminis me miseret; nam mei miseret neminem.
 105 Ita mihi stolido sursum versum os sublevare officis.
Plautus in Casina. jambici.
 Revortor ad illam puellam exposititiam.
 Vobis invitis, atque ambonum ingratis.
 Non ego istuc verbum emissem titivillitio.
 110 Vin? lingulaca? quid opust, quando uxor domi
 Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet.
 Qui amat tamen etsi esurit, nullus esurit.
 Ita nunc pudeo: ita nunc misellus paveo
 Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam,
 115 Sed eccum egreditur Senati columen, præsidium popli.
Plautus in Cistellaria. jambici.
 Is amore projectitiam illam deperit.
 Virtute vera quod fecistis antehac.
Plautus in Epidico. jambici.
 120 Sed quis est hæc muliercula, & ille ravistellus qui venit?
 Quam ostendam fidicina aliquam conductitiam.
 Produci intus jubes? hæc ergo est fidicina.
Plautus in Menæchm. jambici.
 Nam rus ut ibat forte, ut nultum pluverat
 125 Cui certissimum est mepte potius fieri servum.
Plautus in Mercatore. jambic.
 Acherontius senex, vietus, decrepitus.
 Satin? tu sana es obsecro? quid ejulas?
 Huc secundus est ventus, cape modo versoriam
 130 Hic Favonius serenust, istic Auster imbricus.
Plautus in Miltire Glorioso. jamb.
 Amussitata sua sibi ingenua indoles.
 Ego mora atque stulta, quæ cum infano fabulem.
Plautus in Mostellaria. jamb.
 135 Bene hercle factum, heus jam appetit meridies.
 Non potuit venire orator ad me magis impetrabilis.
 Ambo postes ex infimo tames secat.
 Dominus indiligens reddere alias nevolt.
Plautus in Pers. jamb.
 140 Pater avos, proavos, abavos, atavos, tritavos.
 Tax tax tergo meo erit, non curo præmia.
Plautus in Pseudolo. jamb.
 Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum.
 Nam ego cicilendrum quando in patina fescidi.
 145 Nam nisi penus annuus suppetat mihi.
 Nihil nisi laserculos, fesamum, papavorem.
 Promus condus sum, procurator peni.
 Quotumo die ex Sycione huc pervenisti at?
 Buffirape, socio fraude, parricida furcifer.
 Mei? si te rogandi, & tis respondendi mihi.
 150 Oratum iere Deans, ut sibi esset propitia.
Plautus in Poenulo. jamb.

Abduce intro: nos hæc hic præstolabimur.
Profecto uteris, ut voles, operam meam.

Plautus in Rudente. jamb.

155

Ut assidantur misere? euge, euge perbene.
Piscatu novo me compotivit uberi.
Simul sedent ejeti, navis contracta est ibus.
Si erga parentem me impiavi vel Deos.
Quæ in his locis nesciis, nescia spe sumus.
Istic mane dum ego hanc rudentem complico
Virile sexus nullum unquam habui.

Plautus in Vidularia. jamb.

Malim moriri meos, quam mendicariet.

Plautus in Scicho. jamb.

165

Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam.
Logos ridiculos vendo, agite licemini.
Probiotes arbitrabunt, si probis narraveris.

Plautus in Trinummo. jamb.

170

Trapezitæ mille drachmarum Olympicum.
Quasi adolescente a patre ex Seleucia.
Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

Plautus in Truculento. jamb.

Melius te nimis certare mecum, quam minaciis.

Plautus in fragmentis, vel locis non notatis.

175

Plautus in Curculione. jamb.

Starius Cæcilius. jamb.

Meritissimo me ejeti ex hac decuria.
Filius ad me incedit fatis hilari schema.

Lucius Afranius. jamb.

180

Scurrilitate ac ne potatu nobilis.
Quod salvus venis, meliusque est tibi, gratulor Diis.
Remeligo missa huc, quæ navis cursum cohibeam.
Meo ut obsequar amori obedibo libens.

Sempronius Gracchus.

185

Præfracte oblatam stultum est medi spernere cinam.

Terentius in Andria. jamb.

Nam in prologis scribundis operam abutitur.
Amantium iræ, amoris integratio est.
Obsequium amicos, veritas odium parit.

Terentius in Eunuchio. jamb.

190

Menandri Eunuchum postquam Ediles emerunt.
Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum.
Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum.
Verbis sæpe in se transfomet, qui habet saleam.
Hic est vietus, vetus, veterinosus senex.
Quem præstolare Parmeno hic ante ostium?
Nescio quid absente nobis turbatum est domi.

Terentius in Adelphis. jamb.

203

Profecto hoc vere dicunt si abis uspiam.

Jambici versus.

Hodie asturus sum Heautontimorumenon
Ejus anuis causa, quæ erat mortua
Relevi dolia omnia, omnes serias.

Terentius in Hecyra. jamb.

Cadaverosa facie; Dii illum perdunt.
Nam gnato, cum compressa est, nosci non quita est.

Terentius in Phormione. jamb.

210

Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam.
Priusquam dilapidet nostras triginta minas.
Quid ad me ibatis? ridiculum verebamini

Hæc-

Hæcine erant itiones crebræ, & mansiones diutina?
Meditata sunt mihi dudum omnia incommoda.

Q. Trabea. jamb.

- 215 Lena delinita argento nutum observabit meum
Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

Cn. Matius, seu Mavrius.

Alter pars acie vitasset fluminis undas
Columbatimque labra conferunt labris. *jamb.*

- 220 Et maneat specie simulacrum in morte silentium.

Idem in Oraculo, quod est apud Livium.

Romulidæ si perduelles expellere voltis
Et vomicam gentium quæ longe alienigenarum
Venit; Apollineri voveatis censeo ludis;

- 225 Quique Apollineri fiant commune quotannis
Prætoribus ludis faciundis ollu' præsto
Qui summum populo, plebique endo Urbe dabit jus;
Poplos publicitus cum diderit e stipe partem
Conferinant uti privatim pro seque suisque

- 230 At bis quinque viri sacra Græco ritu obeunto.
Hæc si faxitis recte, gaudebiti' semper
Atque adeo fiat melior Republica vostra:
Nam is Deus vestros perduelles stinguet ad unum
Qui vestros campos placide nunc, ruraque pascunt.

C. Lucilius in Satyris.

- 235 Non peperit, verum postica parte profudit.
Abstemium temulenta fugit Mæcænia nomen
Illud ad incitas redit atque interneconem
Sed tamen hoc dicas quid hoc est, si nemu' molestum est

- 240 Tum laterali' dolor certissimu' muci' mortis.
Tantalu', qui poenas ob facta nefantia luuit.
Tu milli nummum potes uno quærere centum
Hunc milli passuum qui vicerit, atque duobus.
Magna penus parvo spatio consumpta peribit.

- 245 Vertus quærendæ rei finem scire modumque.

Furius Antias.

Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit
Increfcunt animi, virefcit vulnere virtus.

Furius Bibaculus.

- 250 Quem tres calculi, & selibra salis. *Endecasyll.*

Sextus Turpillius. jamb.

Atenim scies, quæ olim fuisti nescius
Rhodiensis istuc commigravit jamdiu.

- Hæc mi facultas se obtulit immortalitus.
255 An largitatem sumpti oblita est obscuro?
Ego præstolabo ipsi ut citante Opicium
Tamen oculis appetunt cupide intui.
Et me jam irrides pessime ac facerrime.

Accius in Annalibus.

- 260 Exercent epulis læti, seruosque procurant.

Accius alter, in jamb.

Tum jecore opimo facta, & satiata affatim
Commovit animum excelsa adpecti dignitas.
O dirum hostificumque diem adpecti horribilem

- 265 Ninxerunt coelestem molem ingentem mihi.
Abtorque proram, & supra tortas copulas.

Q. Catullus.

Aufugit mi animus, credo ut solet ad Theotimum.

Valerius Edictus.

- 270 Quid faculam præfers Phileros, qua nil opu' nobis?

Ugo-

- Hic adoris dat primitias, tibi sanguine libat;
 Emicat in nubes nidoribus ardor ardoris.
 Volvitur in glomeres, & scandit ad æthera fumus. 275
Uganius.
Lucius Pomponius. Bonan.
 Nam vere pustus tu, tua amica fenexit?
 Lumen color-tatrici mutat lacrymis. *jamb.*
Helvius Cinna.
 Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis. 280
 Lucida confulgent alti carchesia mali
 Animula, vagula, blandula. *jamb.*
Porcius Licinius.
 Custodes ovium teneræque propaginis agnum. 285
Cornelius Licinius. Phaleucii.
 Dum rus effugis, & laboriosum.
 Et talis Curius pereruditus.
T. Lucretius Carus. Lib. I.
 Significant initium percussæ corda tua vi
 Adpellare suemus, & hæc eadem usurpare. 290
 Eternas quoniam pœnas in morte timendum est
 Propagare genus possit, vitamque rueri
 Nil igitur fieri de nihilo posse fatendum est.
 Reducit Venus, aut reductum Dædala tellus.
 Quando aliud æt alio reficit natura, nec ullam. 295
 Nec calidos æstus tuimur, nec frigora quimus
 Usurpare oculis, nec voces cernere suemus.
 Res possent, namque officium quod corporum extat.
 Nam si tantundem est in lanæ glomere quantum
 Corporum in plumbo est; tantundem pendere par est, 300
 Aut igitur motu privandum est corpora quæque.
 Complevere spatium: nam primum quæque necesse est;
 Pondus uti faxis, calor ignibus, liquor aquai.
 Nunquam reliquo reparari tempore possent. 305
 Quo pacto fiant, & qua vi cumque ferantur.
 Nihil prodesset calidum densari ignem
 Languidior porro dissectis, disque siparis.
 Et velis ardoris naturam linquere solam.
 Scire licet nobis venas, & sanguen, & ossa,
 Et nervos alienigenis ex partibus esse. 310
 Nec me animi fallit quam sint obscura, sed acri
 Nam sive est aliquid quod prohibeat, officiatque
Lucretius Lib. II.
 Propterea quia quæ decedunt corpora cunque
 Corpora pervideas reminiscere totius imma 315
 Cujus uti memoro, rei simulacrum, & imago.
 Quin vacuum per inane deorsum cuncta feruntur
 Nonne vides etiam patefactis tempore puncto.
 Et devicta, quasi cogantur ferre, partique
 Conditione & erunt, & crescunt, inque valebunt. 320
 Littoris incurvi bibulam lavit æquor arenam.
 Et quamvis subito per colum vina videmus.
 Sed quod amara vides eadem, quæ fluvida constant.
 Est ratio fecerundi seorsumque videndi.
 Non possunt; fac enim minimis e partibus esse 325
 Addendum partes alias erit; inde sequatur
 Et cygnea mele, Phœbeaque Dædala chordis
 Esse Deum matrem, dum ne sit re tamen apse.
 Reddita sunt cum odore in primis: pleraque dona
 Nec quæ nigra cluent de nigris sed variis de
 Et

- 250 Et sonitu sterila, & succo jejuna feruntur.
 Et tamen hæc cum sint quasi putrefacta per ignes.
 Cernere jam nequeas, motus quoque surpere debent.
 Et capiant sensus, & puncto tempore reddant.
 Nam tibi vehementer nova res molitur ad aures.
 255 Nulla est finis uti docui, res ipsaque per se.
 Tandem coierint, ea quæ conjuncta repente.
 Nec facile in venas cibus omnis diditur eii.

Lucretius Lib. III.

- Prodiderunt vitare Acherusia templa ferentes
 240 Transulerunt, proprio quæ tum res nomine egebat
 Caligare oculos, sonere aures, succidere artus.
 Ne calor, ac ventus seorsum, seorsimque potestas,
 Nec nebulam noctu, nec aranei tenuia fila.
 Nec supra caput ejusdem cecidisse vietam.
 245 Nec repentis itum cujusvis cunque animantis
 Exos, & exanguis tumidos perfluctuat artus
 Præter enim quam quod morbi est cum corpus egrotat
 Inter enim jecta est vitæ pausa, vagæque
 Aut flammis interficiat, malivse ferarum
 250 Mittat & hoc alicui nostrum sic increpet ipsa.
 Quod tamen expleri nulla ratione potestur.
 Occiderunt magnis qui gentibus imperitarunt.
 Ossa dedit terræ prius, ac famul infimus esset
 Sed dum abest quod avemus, id exuperare videtur.

255 *Lucretius Lib. IV.*

- Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
 Nec mora, nec requies interdatur ulla fluendi.
 Aeribus binis quoniam res confit utroque
 Atque patefecit, quas ante obsederat ater
 260 Seorsus item sapor oris habet vim, seorsus odores,
 Et quod alii cibus est aliis fuit acre venenum.
 Cætera de genere hoc eadem ratione feruntur.
 Nam si abest quod ames, præsto simulacra tamen sunt.

Lucretius Lib. V.

- 265 Quidve tripeçtora tergemini vis Geryonai.
 Nec jacere indu manus, via qua munita fidei
 Gratia nostra queat largiri emolumentum
 Deciderunt quoque, & in tales venere meatus
 Assiduusque geli casus mortalibus aufert
 270 Cœpere, & radius inter quasi rumpere lucis
 Instant nec loca lux inter quasi rupta relinquit
 Per terras amnes atque oppida cooperuisse.
 Omnia diluviare ex alto gurgite ponti
 Confiterunt imbres, & flumina vim minnerunt
 275 Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipse
 Concussos itere, & labefactos aere multo
 Pulverulenta Ceres, & Etæia sabra Aquilonum
 Mutat enim mundi naturam totius ætas.
 Donec eos vita privarunt vermina sæva.
 280 Nam cupide conculcatur nimis ante metutum
 Omnia cedebant armatis nuda, & inerma.

Lucretius Lib. VI.

- Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ.
 Et primæ dederunt solatia dulcia vitæ.
 285 Flammeus est plerumque colos, & splendidus ipsis.
 Collaxat, rareque facit latera omnia vasis.
 Omnia discutiat plagis, itinerque sequatur.
 Et vis magna geli, magnum duramen aquarum.

- Terra superne tremit magnis concussa ruinis.
 Inclinata minant in eandem prodita partem. 390
 Nilus in æstate crescit, campisque redundat.
 Crescit ubi in campos albas descendere ningues
 Principio terram Sol excoquit, & facit are.
 Extructas ningues radiis tabescere cogit.
 Hoc ubi inanitur spatium, multumque vacefit 395
 Ut finem statuit cupedinis atque timoris
 Nec tibi sit fraudi quod nos inferne videmus
 Semina, seque simul cum eo commiscuit ignis
 Conservecacit e parvis, quia facta minute.
 Testa superne timent, metuunt inferne cavernas. 400
 Isis & Harpocrates, digito qui significat st
 Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem
 Quid quasi non curet tantidem Aristoteles?
 Quibus satullem corpora, & famem ventris. *Scæzon.*
M. Varro in jacobis. 405
 Repente noctis circiter meridiem
 Nubes æquali frigido velo leves.
 Ventique frigido se ab axe eruperant
 Phrenetici septentrionum filii
 Secum ferentes tegulas, ramos, firus. 410
 Et aviditatem speribus læset suis.
 Hoc ægritudinem ad medendum invenerunt.
 Cavata vox per anfracta aurium meat.
 Ubi confluit annis undis mistis altera.
 Pupilla lacte candidum cum fluxerit. 415
Cicero in Aratum, & alibi.
 Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo,
 Stinguuntur radii cæca caligine tecti.
 Inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo.
 Electra, Steropeque summi sanctissima Maja. 420
 Quorum luxuries fortunæ censa peredit.
Laurea Tullius, Ciceronis libertus.
 Atque Academia celebratam nomine villam
 Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori.
Publius Syrus. jacob. 425
 Comes facundus in via pro vehiculo esse
 Amare, & sapere vix Deo conceditur
 Bona comparat præsidia misericordia.
Dec. Laberius Mimus. jacob.
 Volnerunt multi effugere, parvi potuerunt 430
 Hoc voluit clypeum contra pulvem proici.
Domitius Marsus.
 Si quos Orbilius ferula, scuticaque cecidit,
 Epirota tenellorum nutricula vatam. 435
Cornelius Gallus.
 Conglutinantur aquæ, scopulis se condit hirudo
 At postquam reheram rupit verecundia frontem
 Spiculaque in sylvis tuta vibrabat amor,
 Et rerum dominus, nil cupiendo, fui,
 Sic cunctis formosus ego, gratulque videbar. 440
 O quam dura premit miseris conditio vitæ.
 Pædagogus adit me, illam mœrissima mater
 Prostratus pedibus verecunda silentia rupi.
 Continuos gemitus ægra senectus habet.
Dionysius Afer. 445
 Usque ad Leucopetræ vergens candentia saxa.

Dionysius Cato.

Hoc vide ne rursus levitatis crimine damnes.
Dilige denarii, sed parce dilige formam.

450 Et lateat vitium proximitate boni.

Lac niveum, butyrumque novum cum melle comedit,

Hic mea me longo succedens prora remulco,

Et finum vini cessamus findere Baccho

Sed nos ante easam tepidi mulgaria lactis.

455 *C. Valerius Catullus in Versibus Phaleucii.*

Doctis Juppiter, & laboriosis

Quare habe tibi quidquid hoc libelli est,

Quod zonam solvit diu ligatam

Verum nescio quid febriculosi

460 Laespiciferis jacet Cyrenis.

Quare aut hendecasyllabos trecentos.

Dentes vel filicem comesse possent.

Mucusque, & mala pituita nasi.

Nec savi Boreæ, aut Apeliotæ.

465 Jube ad te veniam meridianum.

Verum si quid ages statim jubeto

Desissemque truces vibrare jambos

Mœstius lacrymis Symonideis.

Redde putida mœcha codicillos.

470 Jam cœli furor æquinoctialis

Si linguam clauso tenes in ore

Verbosa gaudet Venus loquela

Nunc in quadriviis, & angiportis.

Catullus in jambicis, vel Scæzontibus.

475 Ait fuisse navium celerrimus

Gemelle Castor, & Gemelle Castoris

Amastri Pontica, & Cythore buxifer.

Perscripta nec sic, ut sit in palimpsesto. *Scæzon.*

Nisi uncta devorare patrimonia

480 Inundat extimæ ecce Lusitania

Caniculosæ Celtiberiæ fili. *Scæzon.*

Catullus in Sapphicis.

Nullum amans vere, sed identidem omnium

Ille mi par esse Deo videtur.

485 Qui sedens adversus identidem te

Tintinant aures, gemina teguntur.

Catullus in Glyconiis.

Zonula solvunt finis

Stare flos Hiacynthinus

490 Fescennina locutio

Cœlites nihilominus.

Catullus in Carmine Nuptiali.

Hymen o Hymenæe Hymen ades o Hymenæe.

Tertia sola tua est, noli pugnare duobus.

495 *Catullus de nuptiis Pelei, & Thetidis.*

Quæ simul ac rostro ventosum profcidit æquor

Tum Thetis humanos non despexit Hymenæos.

Pharallon coeunt; Pharfalia testa frequentant

Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apisci

500 Indomito nec dira ferens stipendia tauro.

Nulla fugæ ratio, nulla spes, omnia muta.

Morte ferox Theius, qualem Minoidi luctum.

Vellera virgati custodibant calathifci

Liber ut innuptæ poriretur flore novercæ.

505 Tempe, quæ sylvæ cingunt superimpedentes.

Catull-

Catullus in Epigrammaris, vel Elegiis.

- Conscriptum hoc lacrymis mittit Epistolium
 Daulias absumpti fata gemens Ityli.
 Non, ita me Divi vera gemunt juverint
 At tu orbum luxuri deserti cubile 510
 Pristina vota novo munere dissolvo
 Luce autem coenae Tethyi restitutor
 Condita quin veri pectoris evoluam
 Proximus Hydrocoo fulgeat Oarion
 Naufragum ut egestum spumantibus æquoris undis 515
 Abscidit: o misero frater adempte mihi
 Conjugis in culpa flagraret quotidiana
 Nulli se dicit mulier mea nubere malle
 Dicere, & insidias Arius insidias.
 Non ita me Dii ament, quidquam referre putavi. 520
Virgilius Ecloga 1.
 Mirabar quod mœsta Deos Amarylli vocares
 Tityrus hinc aberat: ipsæ te Tityre pinus
 Pauperis & tuguri congestum cespitem culmen. 525
Virgilius Ecloga 2.
 Tu Corydon o Alexi, trahit sua quenque voluptas
 Amphion Dirceus in Astæo Aracyntho
 Nec sum adeo informis, nuper me in littore vidi. 530
Virgilius Ecloga 3.
 Munera sunt lauri, & suave rubens hyacinthus
 Et longum formosæ vale, vale inquit Iola
 Tityre pascentes a flumine rejice capellas.
 Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.
Virgilius Ecloga 4.
 Permissos heroas, & ipse videbitur illis 535
 Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
 Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo
 Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum. 540
Virgilius Ecloga 5.
 Frigida Daphni boves ad flumina; nulla neque amnem
 Daphnia ad astra feremus; amavit nos quoque Daphnis.
Virgilius Ecloga 6.
 Nunc ego, nanque super tibi erunt qui dicere laudes
 Clamassent ut litus Hyla Hyla omne sonaret 545
 Ille latus niveum molli fultus hyacintho
 Prima Syracusio dignata est ludere versu
 Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.
Virgilius Ecloga 7.
 Versibus ille facit; aut si non possumus omnes. 550
 Ut vidi, ut perii, ut me malus abtulit error
 Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Virgilius Ecloga 9.
 Define plura puer, & quod nunc instat, agamus 555
 Agricola stringunt frondes: hic Mari canamus.
Virgilius Ecloga 10.
 Ulla moram fecere: neque Aonia Aganippe.
 Illum etiam lauri, etiam flevit myricæ.
 Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. 560
Virgilius 1. Georgicorum.
 Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis
 Plejadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.
 Lappæque, tribulique, interque nitentia culta,

- 565 Tribulaque, traheaque, & iniquo pondere rastro
 Libra die, somnique pares ubi fecerit horas.
 Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.
 Ter sunt conati imponere Pelio Ossan
 Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
 570 Æstusque pluvialisque & agentes frigora ventos,
 Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.
 Fluviorum Rex Eridanus, camposque per omnes,
 Laomedontæ luimus perjuria Trôjæ.

Virgilius 2. Georgicorum.

- 575 Muneribus: tibi pampineo gravidus autumno
 Flos apprima tenax: animas, & olentia Medi.
 Et quisquis color: at sceleratum exquirere frigus
 Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
 Vi propria nituntur, opis haud indiga nostræ.
 580 Obicibus ruptis, rursumque in seipsa residant.
 Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetruria crevit.

Virgilius 3. Georgicorum.

- Ætas Lucinam, iustolque pati Hymenæos
 Arcebis gravido pecori, armentaque pasces
 585 Invalidus, etiamque tremens, etiam inscius ævi
 Saxa per & scopulos, & depressas convalles.
 At non qua Scythiæ gentes, Mœoticaque unda.

Virgilius 4. Georgicorum.

- Inque vicem speculantur aquas, & nubila cœli
 590 Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque
 Atque Ephire, atque Opis, atque Asia Deiopea.
 Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam,
 Implerunt montes, fierunt Rhodopejæ arces.
 Atque Getæ, atque Hebrus, atque Aëtiæ Orithyja
 595 Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
 Parthenope studiis florentem ignobilis oti.

Virgilius 1. Æneidos.

- Posthabita coluisse Samo; hic illius arma
 Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ
 600 Accessitis scopulos; vos & Cyclopea saxa,
 Huic conjux Sichæus erat ditissimus agri
 Quos inter medios venit furor: ille Sichæum,
 Et vera incessu patuit Dea: ille ubi matrem
 Exercet Diana choros, quam mille secutæ
 605 Atria dependent, lychni laquearibus aureis.

Virgilius 2. Æneidos.

- Ædificant festaque intexunt abiete costas
 Nostrorum obruimur, oriturque miserrima cædes
 Ecce trahebatur a templo adytisque Minervæ
 610 Hærent parietibus scælæ, postesque sub ipsos
 Et direpta domus, & parvi casus Iuli.
 Iussa time; neu præceptis paters recusa
 Nos pavidi trepidare metu: crimemque flagrantem,

Virgilius 3. Æneidos.

- 615 Nereidum matri, & Neptuno Aegæo
 Liminaque, laurusque Dei, totusque moveri
 Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra.
 Insulæ Jonio in magno, quas dira Celæno
 Hæctoris Andromache, Pyrrhin' conjugia servas?
 620 Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem,
 Si pereo, manibus hominum periisse juvabit.

Virgilius 4. Æneidos.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.

Pecte.

Nam mihi Laertes pater est; Arcesius illi;

Jupiter huic; neque in his quisquam damnatus,

& exul.

ACTÆON, Actæonis. Suidas in Vocabulario habet
in obliquo casu *ἀκταίωνος*, quia vero lib. 3. Epigr.
Græcor. Epigr. 404. habetur *ἀκτουονίδων*, tertia
brevi, addit, *συνέσχελε δὲ τὸ ω, διὰ τὸ μέτρον*, hoc
est: *Corripuit autem omega propter metrum*. Pausa-
nias quoque, ut apud P. Cavallium observavit nos-
ter Labbeus in Bæoticis, ac Phocius, minimum
decies crementum nominis hujus scribit pro ω, id-
eoque concludit in prosa producendum, esto cor-
ripiatur a Poetis non solum Latinis, sed & Græcis:
quippe cum Callimachus in Lavacro Palladis scri-
bat

bat per *omicron*, & contrahat. Euripides tamen per *omega* scripsit, & produxit in Bacchis eo jambico versu:

ὄψις τῶν ἀκτάων ἔκτανον μῦθον,

Num cernis Aëtonis improbam necem?

Igitur quovis modo usurpari potest non in poesifolam, sed in prosa; præsertim cum Græcolatinum nomen liceat pronuntiare vel cum accentu græco, qui antepenultimam occupat, vel juxta quantitatem penultimæ, quæ, ut docui, communis est.

ÆNEIDOS. Cum triplici exemplo in primo Indice docuerim id fieri aliquando trisyllabum: si tamen audiatur Quintianus Stoa Epographe 6. cap. 3. ita est quadrisyllabum, ut secunda corripi possit: ait enim, Græcos in diphthongo *ei* aliquando abjicere *jota*. At non scribitur *αἰνεῖδος*, sed *αἰνήδος*; melius est igitur recurrere ad synæresim.

AFFATIM. Secundam corripit Accius in Prometheo, jambico illo,

Tum jecore opimo facta, & satiata affatim.

Corripit & Prudentius hymno 8. Cathemerinon, Sapphico illo,

fruimurque mensis

Affatim plenis, quibus imbuatur.

Videtur tamen Quintiano Stoæ posse etiam productum quia de sententia Festi Pompeii dictum est a copia fandi, seu a fatu: tum quod Arator lib. 2. historię Apostolicę ita cecinit:

Suppetit affatim exemplorum copia nobis.

Servius quoque ait, *fatim* idem esse ac abunde, & idem compositum *affatim*, at refragatur Gerardus Vossius l. 2. de Art. Gram. c. 39. & in Appendice ad illum librum, aitque errasse Aratorem: & inter derivata, quæ non sequuntur quantitatem primitivorum, reponendum hoc quoque vocabulum, & Plautum corripuisse secundam in eo versu:

Affatim est hominum in dies, qui singulas escas edūt.

Anius quoque Probus, qui penultimam acuebat in hoc vocabulo, reprehenditur a Gellio lib. 7. c. 7. & P. Cavallius in Janua Parnassi putat purum esse jambicum carmen Plauti in Menech. act. 1. sc. 1.

Suo arbitrato, & affatim quotidie.

Addo ego, posse carmen Aratoris duos initio dactylos continere, neglecta Echthlipsi, cum desinentia in M more antiquo brevia sint, & adverbium hoc potius a Græco *ἀφάρως*, quod abunde significat, derivari, quam a fatu; ac forte Festum huc respexisse, cum dixit, *adfatim dictum a copia fandi, sive abun-*

abundanter. Quare tutius cenſeo ſi corripatur, etſi ob auctoritatem Probi, Servii, & Stoæ, non eſt omnino improbableè poſſe in aliquo caſu ſaltem ob regulam neceſſitatis produci.

ALLELUJA. Apocal. 19. ἀλληλῆϊα, & Tobiaz 13. ultimum alpha ſcribitur per *Kametz*, quod eſt A longum, & componitur per *halelu*, & ex *iah*, quod eſt *laudate Deum*. Et poteſt quidem fieri quadrifſyllabum, aut quinquēſyllabum, ſed tres primæ, & ultima deberent produci, quod ſervavit Apollinaris in *Plal.* 150. verſu ſpondaico.

Πένθ' ἄμα ἔδεκ' ἄτης δεκάδος μέλος ἀλληλῆϊα,

Quinque ſimul decima & decadis melos alleluja.

At S. Paulinus *Epist.* 12. ad Severum corripuit ultimam: immo Prudentius *hymn.* 4. *Cathemerinon* in Phaleucio etiam ſecundam, quem nolim imitari.

Alleluja novis balat ovile choris

Amen reddidit, alleluja dixit. Phaleuc.

ALIUS. Occaſione verborum S. Job c. 9. v. 27. *Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius*: non deſuit qui putaverit *alius* genitivum eſſe, ac proinde pronunciandam acute, aut circumflexe penultimam: ſed obſtat manifeſte textus Hebraicus, qui habet *non alienus*, tum Græcus **LXX.** Interpretum, in quo eſt ἄλλος, & *non alius*; quamquam verum eſt, ibi *alius* eſſe adjective poſitum, & referri ad oculum, ut ſenſus ſit, *non alius oculus, ſed meus*. Porro genitivum ideo ſemper produci putat Voſſius *lib.* 2. *Gram.* c. 13. quia facta ſit crasiſ ex *alius* in *alius*. Prifcianus autem ait, penultimam circumflexi.

ALLIA fluvius. Plerique Poetarum latinorum ita primam produciunt, ut geminato LL ſcribant; ſic præter exempla, quæ in verſibus adduximus, *Virg.* 7. *Æn.*

Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.

Et *Silius lib.* 6.

Allia, & infandi Senones captæque recurſat.

Sed & Latini alii Scriptores geminato LL utuntur, ut *Cic.* ad *Attic.* l. 8. *epist.* 4. *Liv.* l. 5. & 6. Auctor de viris illuſtribus, *Eutropius* in fine *lib.* 1. *Vibius Sequeſter* in *Catalogo fluminum*; immo ut obſervat *Philippus Cluverius lib.* 2. *Italia Antiqua fol.* 709. *Alienus* ille, de quo ſermo eſt in *Ciceronis Divinatione* in *Q. Cæcilium*, ex *Comment. Afconii Pediani*, fuit vir doctus ab *Allia* flumine, unde nummi antiqui proprium id viri nomen gemino LL habent *Allieni*. Ergo non metri tantummodo cauſa gemi-

natur, ut putat Servius, qui in 7. Virgil. ait: *Allia fluvius haud longe ab urbe est. Sane Alia dicitur, cui additur unum L. propter metrum: unde Lucanus bene posuit: Quas Aliae clades.* Videtur autem favere non nihil Plutarchus in Camillo, ubi habetur, *παρὰ τὸν Ἀλίαν ποταμὸν*, idest *prope Aliam fluvium*. Verum, ut contra Servium animadvertunt duo Philippi, scilicet Beroaldus, & Cluverius, Lucani locus nihil suffragatur: nam lib. 7. de clade Pharsalica, non comparat cladem Pharsalicam cum clade sola Aliae, sed cum aliis omnibus, ita ut *aliae* sit adjectivum, & *clades* pluralis numeri: & admodum supinus oportet sit Lector, inquit Cluverius, qui hoc vel transcursum non observet. Ecce enim comparatio Lucani

Mors nulla querela

*Digna sua est, nullo sive hominum lugere vacamus.
Non istas habuit pugna Pharsalia partes,
Quas aliae clades. Illic per fata virorum,
Per populos hic Roma perit, quod militis illic,
Mors hic gentis erat. Sanguis ibi fluxit Achaëus,
Ponticus, Assirius, &c.*

Comparat igitur cladem hanc cum aliis, puta Achaica, Pontica, Parthica, &c. nec erat cur Stoa Epogr. 6. cap. 1. ita Beroaldo subscriberet, ut tamen dubitaret an Allia cum duplici LL, primam longam, sed cum simplici L, brevem habeat.

AMABO? Quando est interjectio blandientis, sufficienter distinguitur a verbo solo accentu gravi in fine, nec est cur ob discrimen hoc penultima corripiatur, ut nonnulli voluere, quos damnat Despauterius, & Scoppa. Sed neque necesse est accentum acutum in antepenultimam rejicere, ut putarunt Philet. in Cic. epist. 2. ad Curionem, & Joannes a Planis in tractatu de Accentibus.

AMASTRIDIS. Gavantus ait penultimam producendam, sed merito reprehenditur a nostro Philippo Labbe in Appendice ad Catholicos Indices, quem sequitur P. Cavallius in sua Janua Musarum: est enim patronymicum foemininum urbis ab Amastra Ponti Regina: hujusmodi autem patronymica in obliquis penultimam apud Graecos corripunt.

AMBO. Ultimam non solum longam habet, sed & brevem, ut docui exemplis in Indice allatis; & confirmat Quintianus Stoa Epogr. 6. c. 4. ex Martialis versu, quem quia nonnulli depravarunt, reponendo *umbra* pro *ambo*, libet integrum sensum, ac verum ostendere ex ipsomet Martiali lib. 7. in Epitaphio Etrusci.

Hic

*Hic jacet ille senex Augusta notus in Aula,
Pectore non humili passus utrumque Deum.*

*Natorum pietas sanctis quem conjugis umbris
Miscuit: Elysium possidet ambo nemus.*

*Occidit illa prior viridi fraudata juventa,
Hic prope ter senas vidit Olympiadas.*

*Sed festinatis raptum te credidit annis,
Adspexit lacrymas quisquis, Etrusce, tuas.*

Hic quis non videat, quam frigida, & inepta futura fuerit sententia, & post umbris repetitio umbræ; si dixisset, *Elysium possidet umbra nemus*; præterquam quod improprie diceretur umbra ipsius possidere Elysium, quod tam multis aliis commune fingebatur; at si dicatur ipsum Elysium possidere ambo, nempe conjugum utrumque, salva sunt omnia.

AN. Joannes a Planis in suo Dictionario Poetico, cum Beda, & Antonio Nebriffensi existimat, quando interrogativa est particula, corripitur; sed quando disjunctiva est, circumflectitur, & produci, ut produxit Propertius lib. 4.

An infelices anticipare dies.

esto quidam legant *anne*. Ovidianus quoque versus alius adductus ex 3. Metam. non *an*, sed *en* debet habere sic:

Adsumus en, inquit sociorum primus Opheltes.

Quare non facile produxerim, nisi tutiora exempla suppeditentur, quam Aufonii dicentis,

Æmula non fidei memor, an infida senatum.

ANATHEMA. De quantitate penultima celebris est quæstio. Et nonnulli quidem cum Julio Polluce, & Gavanto putant, quando significat rem Deo consecratam, aut donarium sepositum, dicatumque, aut dicandum Deo, cultuique divino, scribendum *anathema*, & penultimam producendam, quomodo per scriptum reperitur Deuteron. 13. Josue 7. Judith 16. & sæpe alibi in Bibliis Græcis. Quo sensu bis Prudentius produxit dicens:

Dum vetitis insigne legens anathema favillis.

Organa, & externi laudant anathemata regni.

At quando significat excommunicatum, aut excommunicationem, iidem censent scribendum per *e*, ac proinde corripiendam penultimam, quomodo scriptum reperitur Malach. 4. ad Rom. c. 9. ad Galat. 1. & 1. ad Cor. c. 12. ac 16. & hanc opinionem alias secutus sum. At P. Cavallius in Janua Musarum, cum Benigno Sanrey in Paracleto c. 49. & 50. & P. Labbeo contra Gavantum censent, in utrovis sensu semper corripiendam penultimam, ac proinde scribendam

per ϵ . Ego vero nunc re melius considerata existimo, in utrovis sensu penultimam scribi posse tam per η , quam per ϵ , adeoque communem esse, tum quia ita diserte docet Carolus Stephan. in Thesaurio linguæ Græcæ, & disertissime Suidas in Vocabulario, dicens, tam ἀνάθεμα, quam ἀνάθημα significare id quod ita devovetur, ac consecratur, ut de medio tollendum sit, ne unquam amplius videatur, quod æque de re Deo, aut diris, aut religionis gratia consecrata valet; sicut apud Latinos sacer, ac devotus: juxta illud Virgilii, *Auri sacra fames*, & Horatii, *devota morti pectora*.

ANNIBALIS Penultimam posse produci arbitratur Quintianus Stoa Epographe 6. cap. 3. quod ex Gellio lib. 4. cap. 7. Ennius videatur eam produxisse Jambico illo.

Qui propter Annibalis copias considerant.

Sed non advertit, versum Jambicum non abhorere ab anapæsto, & cretico; & si *nibalis* sit anapæstus, & *copias* creticus, jambum stare.

APPENNINUS, communiter ἀπέννινος, sola, ultima brevi, at refert Gretserus l. 3. c. 18. a Dionysio corripit primam, & penultimam in ἀπέννινος, licet alii legant ἀπέννινος.

APSIDIS, vide supra ABSIDIS.

AQUA, vel resoluta in tres syllabas; aut prima producta videtur a Lucretio lib. 6. bis.

Fis quoque ut in magnas aque vastasque lacunas, Quæ calidum faciunt aque vastum, atque saporem.

ARATRUM. Mediam communem videtur habere, eo quod non ab *aratu*, sed ab ἀρατρον derivari posset, quod græce significat *aratum*, sicut ἀρατρον, *arator*; & ἀρατρον, *aro*; atque hinc si non imitandi, excusandi tamen videntur tum Sidonius, qui carm. 23. Phaleucio cecinit.

Diversas aratro vias cucurrit.

Et Franciscus Petrarca 8. Africæ dicens.

Nunc aratum antiquis insultet mœnibus urbis.

At nihil suffragatur Sidon. non enim *aratro*, sed *Arato* legendum est, quod secundam communem habet. Advertit hoc Voss. l. 2. de Ar. Gramm. c. 38. sed non evincit; evinci tamen potest si legatur Sidon. nam in carmine illo, quo inter Narbonenses cives Consentium in primis confert, aut præfert antiquis Orator. Poetis, Geom. & cæt. ait:

*Non hic, si voluit vacante cura
Quis sit Sideribus notare cursus,
Diversas Arato vias cucurrit:*

Non

Non hunc, cum Geometricas ad artes
Mentem composuit, sequi valebit
Euclides spatium sciens Olympi.

Nec ullus prorsus sensus superest carmini, si pro
Arato, aratrum reponatur.

ARCHIATER, ἀρχιατῆρ, princeps Medicorum, & Jonice ἀρχιητῆρ, ultima, & penultima longa, sicut in simplici nomine ἰατρός, Medicus; nam communi dialecto ἰατρος, sed Jonica ἰητρος, prima autem communis est; nam producitur ab Homero Iliad. 30. illo versu.

Ἰητρος γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιός ἄλλων.

Medicus enim vir multorum aliorum est instar.

At corripitur a Lucilio, & Antipatro l. 3. & 4. Epigrammatum Græcorum, præsertim Epigr. 4. declinatur etiam ἰητῆρ, genit. ἰητῆρος.

ARCTOPHYLACA. Accusativum hunc Græcicum habent plures codices Manilii l. 1. Astronomicon cap. 7. illis versibus.

Circulus a summo nascentem vertice mundum

Permeat, Arctophylaca petens per terga draconis.

ubi penultimam produxit, cum tamen apud Græcos nominis hujus φύλαξ incrementum φύλακος breve sit, ut docet Gretserus in Prosodia Græca c. 9. Reg. 8. Idcirco Gerard. Jo. Voss. l. 2. de Art. Gram. cap. 38. affirmat Manilium scripturum fuisse *Arctophylaca*; addit tamen, duos illos versus ex sententia Scaligeri spurios esse, nec reperiri in codice Palatino, nec in Romano, nec in editione Veneta Aldi anni 1499. nec in Basileensi Hervagii. Cæterum insolens plane est, nec ab ullo, quod sciam, usurpatum incrementum illud φύλακτος. Esto dicatur græce φυλακικός, & φυλακτικός, cautus, seu circumspectus, & φυλακτῆρ, custos; nec tanta violentia opus fuit hic, cum promptissime potuerit admitti penultima producta a Manilio in *Arctophylaca*, ob necessitatem metri, & concursum quatuor brevium, sicut prudenter admisit P. Cavallius in Janua Parnassi.

ARES. Græce communi dialecto Ἄρης, Mars, & Attice ἄρες, quare ultimam communem habet, immo & primam; quod vel unius Homeri exemplo constat, qui in eodem versu Iliados 6. eam prius produxit, mox corripuit, dicens:

Ἄρες Ἄρες Βροτολογεῖ, μιαιφονε, τερχεσιβλήτα.

Vide plurima exempla ex Homero collecta per Conradum Dinnerum in Epithetis Græcis. Porro ad hunc locum respexit proculdubio Martial. l. 9.

Epigr. 8. ubi Græcorum licentiam majorem quam Latinorum Poetarum perstringens dixit:

Sed Græci, quibus est nihil negatum,

Et quos Æpes Æpes decet sonare.

De quibus vide quæ diximus Parte 2. Profod. cap. 9. In obliquis quoque cum declinetur in *ἄπεος*, & in *ἄπος*, secundam, non secus ac primam communem habet.

AREOPAGUS, *ἄπεος πάγος*, adjective a Marte dictus. nempe *Martius pagus*; nam si substantive esset Martis pagus, diceretur *ἄπεόπαγος*, vel *ἀρηόπαγος*. Porro primam communem esse, liquet ex dictis modo de nomine *Ares*. Superest celebris controversia de penultima. Quidam enim *πάγος* hic pro *vico* accipiunt: pagus autem sumptus pro vico derivatur a *πηγή*, *fons*, cujus proinde prior longa est. Ita Budæus, Lexica multa, Thesaur. ling. lat. & Gyraldus in Marte. Sed verior est interpretatio Suidæ in nova editione, qui disertissime in suo Vocabulario ait, *ἐκλήθη δὲ ἔ ἀπεος πάγος, ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστὶ, ἔ ἐν ὄψει τὸ διασηρίον*, videlicet *Vocatus est autem Martius pagus, quod is esset in pago, & in loco excelso illud prætorium, seu in tumulo, & rupe*, ut ibidem in paraphrasi habet Æmilii Portus. Quare etiam si vicus ibi fuerit, ille tamen non ut pagus latinus a *πηγή*, fonte derivatus est, sed a colle, seu rupe excelsa: neque oppositum continuo sentiunt, qui *Pagus* interpretantur pro *vico*, licet ansam dederint errandi. Jam vero *πάγος*, quando significat collem, rupem, tumulum, scopulum, locumve excelsum, primam brevem habere manifestum est exemplis Græcorum Poetarum, quorum quædam videre poteris in priori volumine Profodiæ veteris olim duobus voluminibus editæ. Eandem Etymologiam asseruere olim Pausanias, Hesychius, Magnumque Etymologicum, & postea Lorinus in Acta Apostolorum c. 17. v. 19. multique alii Interpretes ibi, Emmanuel in fine magnæ Grammaticæ, P. Ludovicus Cavallius in Janua Musarum, & apud eum P. Philippus Labbe in Append. ad Indices Catholicos, qui omnes penultimam corripendam docent, utpote a petra, vel promontorio, vel rupe derivantes hoc nomen; quod antea quoque fecit Varro illo senario Jambico.

Areopagiticam ea de re vocant Petram.

Et Stephanus Byzantinus de urbibus, perspicue *ἄπεος πάγος, ἀρῶσηρίον ἀθλωνστῆν*, hoc est *Areopagus promontorium est Athenis*. Vide si lubet apud Em-

manuetem binos versus Euripidis in Oreste, quorum uno penultima corripitur in *Areopago*, altero autem *Areopagus* vocatur etiam Ἀρείος ὄχθος, idest *Martius collis*, seu *tumulus*.

ARIUS. Non sunt idem nomen. Græcis ἄριος, & ἄρειος, primum enim dactylus est, ut patet ex *Catullo*, & *Martiali*, quorum versus in priori volumine retulimus num. 1574. &c. At secundum primam brevem, secundam longam habet, quod servavit *Lucan.* versu citato 519. & hoc secundo modo utendum, cum sermo est de *Atio* impiissimo hæresiarcha, nam *Suidas* illum ita nominat, & scribit; & *Pfellus* Hexametrum sic terminans Μανέτος Ἀρείος, & *Theodorus Cyrus* in vers. Græcis 1. Quare minime probatur *Prudentius*, qui nimia licentia nomen hoc dactylum fecit, nec *Favianus de bello Arriano*, qui versu 1752. apud nos, & dactylum fecit, & geminavit R, quod etiam nonnulli faciunt, & ipse *Æmilius Portus* in *Suidam*, cum tamen *Suidas*, & antiquiores habeant Ἀρείος, ut patebit ex *Bibliotheca Patrum Græcorum*. Cavendum hic a *P. Cavallo*, qui primam in hæresiarchæ hujus nomine producendam ait.

ATHOS. Mons est, apud Græcos quartæ declinationis simplicium, & apud Latinos secundæ, & declinatur sic, ἄθος, genit. ἄθω, dativ. ἄθω, accus. ἄθων, & Attice ἄθω, vocat. ἄθω, esto *Cicero* ad tertiam declinationem traduxerit declinans *Atho*, *Athonis*, cum 2. de *Fin.* dixit: *Hellesponto juncto*, *Athone perfosso*. *Pomponius* autem *Mela* lib. 2. usurpavit dativum *Atho*, *Atho* accusat. *Virgil.* 1. *Georg.* adhibet.

Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Dejicit, &c.

Ubi imitatus est *Theocritum* in *Idylliis* dicentem ἢ ἄθω, ἢ Ρόδω, ἢ Καύκασον ἑσχατιῶντα.

Aut Atho, aut Rhodopen, aut Caucason ultimum ad Ortum.

Et *Æschines* contra *Ctesiphontem*, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὸν ἄθω διατρέξας, idest *Persarum Rex Atho perfodiens*. Et *Strabo* lib. 1. in accusativo habet ἄθω. *Sævius* ad illud *Virg.* 6. *Æn.*

Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis. Ait non consistere verum, nisi legatur *Athon*, quasi vero *Athos* non haberet ultimam longam propter ω. *Homerus* in hymno *Apollinis*, & *Stephanus Byzantinus*, & plerique usurpant nominativum *Athe*, non autem *Athon*: sic *Ovid.* 1. de *Ponto*.

Confluat, aut frondes Alpibus addat Athos.

Sic Statius 5. Theb.

*Mulciber: ingenti tellurem proximus um'ra
Vestit Athos.*

Sic Juven. Sat. 10.

creditur olim

*Velificatus Athos, & quidquid Grecia mendax
Audet in historia: contratum classibus iisdem,
Suppositumque rotis solidum mare: credimus altos
Defecisse amnes, epotaque flumina Medo*

Prandente, & madidis cantat que Sotratus alis.

Ubi tamen Georaius Valla, ut Servio suffragetur, ait: *Primum Athon dici certum est, sed legitur etiam Athos.* Suidas quoque, & nonnulla Lexica habent in recto casu ἄθος. At mihi certius est, usitatio- rem nominativum esse ἄθος, accusativum autem æque Atho, & Athon usurpari posse. Ovid. 11. Me- tam. deinde Lucan. l. 2. maluere Athon.

*Nec levius, quã si quis Athon, Pindumque revulsos,
In medium deferret Athon; sic ora profundi.*

Plin. lib. 4. cap. 10.

Montem Athon Xerses Persarũ continenti abscidit.

Et Valer. Max. lib. 1.

Eidem montem Atho juxta Idam transgresso.

AZYMUS. Licet Prudentius secundam corripuerit, verfu alias apud nos ζυμο. producendam tamen pu- tarunt P. Philippus Labbe, & P. Ludovicus Caval- lius in Janua Mafarum, quia componitur a ζύμη, fer- mento, cujus prima, sicut in ζύμομα producitur a Nicanro in Alexipharmacis illo verfu,

Μὴ μὲν ζύμομα κακὸν χυθόνος ἀερα κήδος.

Ne fermentum vitiosum terra aerem conturbet.

Hinc tamen non sequitur, accentum necessario po- nendum in penultima: & in pronuntiando juxta consuetudinem jam investam, possumus sequi ac- centum græcum, qui est in antepenultima.

BALSAMUM secundam habere brevem vix est, qui dubitare possit, cum ita communiter usurpetur a Poetis, sive in simplici nomine, sive in compositis *opobalsamo*, & *xylobalsamo*: at si græcos Poetas consulas, non æque omnes corripunt. Produxit enim Diosc. apud Conradum Dinerum in Epithetis græcis, verfu illo hexametro.

Καὶ μύρω εἰδομένα τῶ βαλσαμῶ ἀγλαοτίμῳ

Andronicus apud Smetium bis illo hexametro.

Πῶ ξυλοβαλσαμῶ τ' ὀποβαλσαμῶ τε δ'ραχμῶς τρεῖς.

Quare producentem erroris redarguere non possumus.

BETH-

BETHLEEM, Βηθλεεμ. Sic enim scriptum est Matth. 2. ter, & Luc. 2. bis in Græco codice: proinde si trisyllabum usurpetur, sequaturque vocalis, eaque per esthlipsum non elidatur, debet fieri dactylus, quod factum videbis versu alias 16603. at si per synæresim, aut crasim fiet dissyllabum, debet esse spondeus, esto choreum fecerit Fortunatus versu alias 15307. qui autem primam corripuere versu 13556. 13560. 13595. decepti sunt a muta, & liquida, nec adverterunt primam natura sua longam, scriptamque per η, in quo mirum est dormitasse B. Hieronymum in Epitaphio S. Paulæ.

BLATERO, as, priore correpta utitur non modo Horatius, sed Lucilius, & Plautus in *deblatero*, & Afranius non semel, quem adducit Janus Laurembergius in suo Antiquario; ubi tamen admittit verbum hoc derivatum a βλαξ, quod significat stolidum, aut stupidum. Festus quoque de verborum significatione ait, indidem deduci, & camelorum esse blaterare; nec de origine reuinit Beroaldus in Apulejum, & Quintianus Stoa Epograph. 16. Si sic est, potuit etiam formari inde verbum *blactero*, nec erroris convinci potest Auctor Philomelæ, cum cecinit.

Blacterat hinc aries, & pia balat ovis.

Esto Vossius lib. 2. de Art. Gram. cap. 3. addictus verbo *blatero*, auctorem illum reprehendat, quasi primam produxisset in *blaterat*.

BOBUS. Pluribus exemplis in primo Indice constat, primam esse longam ob crasim factam in nomine *brevibus*. Reprehenditur autem Aufonius a Vossio lib. 2. de Arte Gram. cap. 15. quod primam corripuerit, nec aliter eum excusaverim, nisi forte a simili in *subus* pro *suibus*, prima brevi, ut ex eodem Indice liquet.

BONONIA. Tribus exemplis in primo Indice confirmavimus, secundam in hoc nomine longam esse, cæteras syllabas breves. At videtur obstare Strabo, qui lib. 5. scribit. Παρμα, Μυτινη, & Βονωνια. *Parma, Murina, & Bononia*. Anonymus tamen auctor Olympiadum, quem adducit Cluverius lib. 1. Italiæ Antiquæ, scribit Βονωνια: & si verum esset ita dictam, quod *bona omnia* contineat, non dubium, quin melius prima corripiatur. At si quis inhærens Straboni producat, non poterit defensione fraudari, nisi quis evincat, mendosum esse textum Strabonis. Historici Bononienses docent, eam sic nuncupatam a *Bono*, qui fuit ejus Dominus septem,

& amplius ante Christum sæculis.

BRUNDUSIUM. Secundam brevem tantummodo esse plerique nil dubitant; videturque persuaderi auctoritate Hor. l. i. epig. 18. Lucan. l. i. Silli l. 8.

Brundusium Numici melius via ducat, an Appi

Brundusium decimis jubet hunc attingere castris,

Necnon Brundusium, quo desinit Itala tellus.

Sed neque carmina hæc id omnino evincunt, cum stare possint, si facta synæresi, fiat trisyllabum, cuius proinde secunda producatur; qua ratione consistere possunt alia quoque tria carmina Hor. l. ser. Sat. 2. l. i. Ep. 17. l. i. Sat. 5.

Brundusii turas conscendit Magnus in arces

Brundusium comes, aut Surrentum ductus amœnum

Erundusium longæ finis chartæque, viæque.

Ex altera parte Græci scribunt *Βρυνθίστιον*, ut habet Stephanus Byzantinus libro de Urbibus, cui & Brundusinus scribitur *Βρυνθίστινος*. Strabo tamen l. 6. constanter, ac sæpe habet *Βρυντέστιον*. Quapropter ita corripiendam secundam puto, ut producenti non omne patrociniū negandum sit.

BUTYRUM. Quam variæ quantitatis fuerit penes Poetas, apparet ex sequentibus versibus ordinatim Titi, Valgii, Macri, Sidonii, Scaligeri.

Lac niveum, butyrumque simul cum melle comedit

Cum butyro, modicoque oleo decocta tumorem

Infundens acido comam butyro. Phaleuc.

Qui lacte caseoque sive butyro. Scazon.

Quos inter recte Scaliger priores produxit; male Sidonius primam, pejus Macer, ac Valgius utramque priorum corripere. Græce enim *βούτυρον*, id est *bovis caseus*, cuius utique prima obdiphthongum longa est, sed & secunda, cum *τυρός*, caseus primam longam habeat, ut cum Constantino in Lexico, Francisco Vergara, & Gretsero in Prosodia græca docent PP. Ludovicus Cavallius in Janua Musarum, & Philippus Labbe e Societate nostra in Elencho Profodico. Neque obstat Homeri versus in Batrachomyomachia, quem adducunt Dinnerus in Epithetis græcis, & Caussin in Thesauro græcæ Poeseos; incipitque sic: *ὃ δὲ τυρός*, inserta enim est contra Poetæ mentem particula *δὲ*, & versus incipere debet *ὃ τυρός*; sicut versus antecedens *ὃ τυμός*, & subsequens *ὃ χοῆσον*, ut legenti patebit; præsertim cum ibidem Homerus non semel producat primam in *τυρόλυπος*, qui significat *casearum*, seu excavatorem casei, & Dinnerus alia exempla hujus productionis adducat tum ex Iliade Homeri, tum

ex Antipatro in græcis Epigrammatibus.

CACUS. Cum primam producant Virg. 8. *Æn.* *se-*
pties ac semper, & semper Ovid. unico excepto
loco, tum ceteri Poetæ, Propert. l. 4. bis, Juven.
Sat. 5. Martial. l. 5. epigr. 66. mirantur quidam,
qua ratione Ovid. 9. Metam. semel corripuerit illo
carmine.

His Cacus horrendum Tiberino gurgite monstrum.
Ideoque aucti quidam perverso ordine reponere.

Cacus & horrendum Tiberino gurgite monstrum.
Quibus tamen refragantur tum vetusti codices,
Despauterius, Quintianus Stoa Epographe 6. Sme-
tius, & plures alii retinentes pristinam lectionem,
tum perspicue contextus versuum, quibus ibi Her-
cules repetitione eleganti recolit, quæ suis lacertis
prodigiosa patrarit, dicens.

His elisa manet moles Nemeæa lacertis:

His Cacus, horrendum Tiberino gurgite monstrum,

Hac cælum cervice tuli, &c.

Nec etymologia nominis absquat : si quidem ma-
lus quidam servus Evandri, ac furax fuit, quem
antonomastice Malum Arcades nominarunt, græ-
ce κακόν, unde retroacto accentu mansit illi no-
men Κάκος, at certum est priorem in κακός bre-
viari a Græcis.

CADUCEUS. Primam, & secundam proculdubio
longam habet, ut ex adjectivo *Caducifer* osten-
dunt carmina 1201. & 7465. priori volumine alias
relata. Tertia syllaba in controversiam vocatur.
Quamvis enim Alciatus in Emblematis corripit
dicens,

Anguibus implicitis, geminis caduceus alis.

Sequitur utique latinam regulam de vocali ante vo-
calem; quia tamen subest illi syllabæ diphthongus
græca ei, & quidem inflexa, videtur producenda
fuisse. Græce enim pacis signum, sive oleæ ramus
fuerit, sive Mercurii virgula, dicebatur κηρυκίον,
sic enim scribunt Suidas, Pollux, & interpres Thu-
cydidis lib. 1. Advertit tamen in suo Antiquario Ja-
nus Laurembergius, a Syracusanis, & Tarentinis
dictum κερκίον, & hac ratione potest sustineri Al-
ciatus. Hac occasione adverte, dici posse *hic Cadu-*
ceus, & hoc Caduceum; nam Varro lib. 2. de vita Pop.
Rom. ait: *Verbenarius ferebat Verbenam, id erat cadu-*
ceus. Sed Apul. l. 10. de Afin. aur. *Quem caduceum, &*
virgula Mercurium indicabam. Sed minime huc spe-
ctat Juvenalis versus, quem Stoa Epographe tertia

adfert, ut ostendat primam in Caduceo corripī posse: versus est ille Sat. 6.

Magnaue debetur violato pœna caduceo.

Legendum enim cum vetustis editionibus, quas sequuntur Georgius Valla, Filhardus Lubinus, Cavallius, Farnabiusque *cadurco*, ut patet etiam ex contextu Satyrici dicentis,

Ille petit veniam, quoties non abstinet uxor

Concubitu sacris, observandisque diebus,

Magnaue debetur violato pœna cadurco.

Idest violato, & contaminato lecto maritali, quod figurate significatur nomine cadurci. Est enim cadurcum tentorium, & velum pensile, ac quadratum, item culcitra candidissima, de qua idem Juven. Sat. 7.

Institor hybernæ tegetis, niveique cadurci.

Adjective quoque usurpatur a Sulpitia Poetria in Jambicis.

Ne me cadurcis destitutam fasciis

Nudam Caleno concubantem proferat.

Idest velaminibus thalami.

CAINAN. Videtur S. Gregorius Nazianz. de Christi Genealogia semel produxisse secundam, & iterum corripuisse versibus illis.

συδ' πέλε, τῷδ' ἀρ' ἐνὼς τῷ τέτρατος ἢ καὶ νῶν
ἐκ τῷ δ' ἀραξᾶδ, καὶ νῶν, σαλα, τῷδ' ἐνέπρωσι

Sed forte in secundo versu syneresi usus fecit dissyllabum cum Hebræis, qui spondeum faciunt.

CANDACE, genit. *Candacis*, καυδάκη, καυδάκης, sic enim habetur in Act. Apostolor. c. 8. & Plin. l. 6. c. 29. Regnare sceminam *Candacem*, quod nomen jam ad plures Reginas transit. Et Suidas in vocabulario, καυδάκη ἢ τῶν αἰθιοπῶν βασίλισσα; *Candace Æthiopum Regina*. Et Strabo lib. 17. meminit ducum τῆς Καυδάκης, reginæ Æthiopum, quam virilem fuisse sceminam, & altero oculo captam addit, & mox τὸ βασίλειον τῆς Καυδάκης, regia *Candaces*, & sic communiter declinatur, sicut *Canace*, *Panace*, *Donace*, non autem *Candace*, *Candacis*. Neque enim carmen illud, quod Juvenali tribuitur,

Candacis Æthiopum dicant arcana modisque.

usquam reperiri apud Juvenalem affirmat noster Emmanuel de Incremento nominum in A, Except. 2. Quare licet secunda, non obstante accentu acuto, brevis sit, tertia tamen produci debet, quidquid Mantuanus fecerit 9. Fast.

Atque apud Eunuchum reginæ Candacis actō.

CENOTAPHIUM. Græce communiter κενόταφιον, id est

id est vacuum tumulus; notat tamen Gretferus in Profodia Græca cap. 31. ubi de Epenthesi, poetas aliquando pro *κενός*, *vacuus*, dicere *κενός*, priore producta. Atque adeo in cenotaphio, & in cenodoxia poterit prima produci.

CHARITAS. Primam produxere S. Ambrosius, & Urban. VIII. ut videre est in nostris versibus 13844. & 17208. & semper producendam affirmat Vossius l. 2. Gram. c. 40. quod derivet illam a *charus*, esto fateatur correptam sapiuscule a Michaelē Verino, excusatumque a Martino Cruarra Cantabro, quod derivaret a *Charis*, unde *Charistia*, prima utriusque brevi. Et sane *Charitas* græce non *χάρις*, sed *ἀγάπη* dicitur, ut patet ex græca editione 1. ad Cor. c. 8. 13. & 14. nam *χάρις* proprie significat *Gratiam*.

CHIRAGRA. Ne mireris, si in priori Indice primam modo longam, modo brevem esse adductis exemplis indicavimus, ita tamen, ut quando corripitur melius scribatur *Cheragra*. Nam Jonica dialecto scribitur *χέρραγρα*, & *χέρραγρ*, quod communiter scribitur *χέρραγρα*, & *χέρραγρ*, sicut manus ipsa *χέρ* *χερός*, Poetice, & Jonice scribitur *χέρ* *χερός*, ut pluribus exemplis inculcat Conradus Dinnerus in Epithetis græcis.

CICHOREA. Græce communiter *κίχρηον*, ut habet Theophrast. l. 7. de hist. plantar. c. 7. & 11. Dioscor. l. 2. c. 160. Galen. l. 8. simplic. Ætius l. 10. c. 8. Tral-lianus l. 8. c. 1. quare secunda producenda videtur. Nicander tamen in Alexipharmacis habet *κίχρηα*, & dactylum facit sic.

κίχρηα καρδαμίδας τε, καὶ ἢν περσέων ἔπρωσι.

Cichora cardamidæque, & quam perseon vocant. Ubi Scholiastes adnotat τὰ κίχρηα οἱ ἄττικοὶ κίχρηια φασίν; videlicet, quæ Nicander vocat *Cichora*, Attici *Cichoria* dicunt. Esto in Lexicis communiter *κίχρηον*, & Attice *κίχρηον* legatur, ibidemque juxta Pollucem ponatur *κίχρηια*, nescio an juxta Æolicam dialectum, quam lectionem constat fecutum Horat. l. 1. od. 31.

Me Cichorea, leveſque malva.

sola penultima producta, quem imitatus est Lyricus alter e Societate nostra insignis Jacobus Balde in Aselepiadeo illo.

Tota est summa satis, me cichorea me.

Et noster item Millieus lib. 4.

Lactuceque graves somno, cichoreaque remune

Purgatrix, & quæ stimulant nasturtia mentem.

Jam si quis uti velit plurali nomine *Cichora*, & da-

Stylum efficere, habet Nicandrum prælucentem, a quo non exorbitabit, si *Cicoria* dicat prima producta, reliquis brevibus, juxta illum versum, quem Juven. l. 2. aut Juvenco attributum legi, sed a quo nunc haud memini. Certe Juven. Sat. 2. a me relictus illum non habet: habet tamen Smetius sic.

Cicoria, & teneris frondens lactucula fibris.

COLON. Quando significat membrum, scribitur κῶλον, quando autem intestinum, scribendum κόλον, contendit Gifanius in Lucretium, ex Polluce l. 2. & Galeno lib. 8. de composit. medicam. legendumque in Sereno.

Cum colus invisum morbi genus intima carpit.

At P. Philippus Labbeus in Appendice manuscripta ad Indices Catholicos, quam refert P. Cavallius pag. 978. Januæ Musarum ex Henrici Stephani Thefauro, & aliunde ostendit, utrovīs modo scribi, usurparique posse.

CONNUBIUM, & hinc CONNUBIALIS, secundam posse habere longam patet, tum ex origine a *nubo*, tum exemplis, cujusmodi est illud Virg. 3. *Æn.*

Hectoris Andromache, Pirrhyn' connubia servas?

Et Ovid. in Epist.

At mea despecti fugiunt connubia Thraces.

Sed utrum corripī quoque possit, dubitari potest: plerique enim versus, qui afferri possent ad id suadendum, ita scandi possunt, ut facta synæresi fiat *connubium* trisyllabum, & *connubialis* quadrisyllabum, retenta secundæ longitudine, qualis est Virgilianus ille 1. *Æn.*

Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.

Et Ovid. Epist. 6.

Heu ubi pacta fides? ubi connubialia jura?

Nec Servius in 1. *Æneid.* evicit adhuc correptam a Virgilio. Si quis tamen eam corripiat, non poterit manifesti erroris coargui, præsertim cum durior sit tam multis in locis synæresis advocatio, & a *nubo* formentur *innubus*, & *pronubus*, penult. brevi.

COR. Plurimi Poetarum corripunt, ut exemplis docui in primo Indice; produci tamen posse docuit Ovid. in Epist. Sapph.

Molle meum levibus cor est violabile telis.

Esto Micyllus emendandum putarit carmen, ac legendum.

Molle meum, levibusque cor est violabile telis.

Quæ correctio non displicet nostro Emman. & Gerardo Vossio l. 2. Gram. c. 30. Verum prior lectio reperitur in Manuscrip. & in vetusta edit. Veneta Bernar-

nardini Novariensis anni 1486. & in Aldina, eamque plerique recipiunt cum Jo. a Planis, Smetio, & Quintiano Stoa, qui confirmat exemplo Lucretii hexametrum incipientis sic: *Denique cor hominum*. Mihi vero stomachum movit editio Lugdunenſis anni 1616. ubi pro corde caput substitutum est nimia certe libertate sic

Molle meum levibus caput est violabile telis.

CORALIUM. Sicut naturæ variæ est, & sub undis molle, extra undas durum evadit; ita in orthographia, & quantitate syllabarum variis modis usurpatur, non fecus ac in Lexicis, ubi reperitur κοράλλιον, & κωράλλιον, & κοράλιον, & κωράλιον: primæ lesioni adſtipulatur Dioſcor. lib. 5. cap. 139. dicens: τὸ δὲ κοράλλιον ὁπερ ἔνιοι λιθόδενδρον ἐκάλεσαν, hoc est: *Corallium autem, quod aliqui appellantur lithodendron; quasi dicas lapidarborem*. Sic Hesychius ait: κοράλλιον λίθος θαλάσσιος ἐρυθραῖος. *Corallium lapis maris Erythraei*. Matthiolus quoque in Dioſcor. Jo. Bodæus, in l. 6. Theophrasti de plantis, Cæsius de Mineralibus, alique apud ipsum scribunt *Corallium*, aut *Corallum*. Itaque prima brevi, secunda longa usurparunt hoc nomen Claud. in nuptiis Honorii, & Mariæ, Aufonius in Idyllio Mosellæ, Sidonius in Epithalam. Rutecii, Avienus in Geographis, & noster Millieus l. 1. Moſis Viatoris, quorum eodem ordine carmina subscribemus.

Claud. *Mergit se subito, vellitque corallia Clotho.*
Aufon. *Cum virides algas, & rubra corallia nuda.*
Siden. *Lactea puniceo sinuantur colla corallo,*
Avien. . . . *Fulvo tamen invenere corallo.*

Mill. *Et posuere inter virgulta corallina cippos.*
At vero κοράλιον, idest *Curalium* nominant Theophrastus de lapidibus, Phavorinus, & Dionysius de situ urbis primam producens, & duas sequentes corripiciens sic.

πάντη γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθρῆ κοραλίου.

Passim autem lapis est Erythraei curalii.

Ubi Eustathius ait κοράλιον dictum a κόρη, pupilla, quæ Dorice apud Theocritum Idyl. 6. scribitur κόρη, quasi sit pupilla maris, κόρη αἰλός. At Plin. l. 32. c. 2. *Occurari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Hac de causa Curalium vocitatum interpretantur; cui etymo consentit Hesychius κοράλιον δicit ἀπό τῆς κωράς, videlicet Curalium dictum a præfectione, quod veluti tonsura in mari præcidatur. Haud igitur incite 1. produxere, 2. vero, & 3. corripuere Virgilius in Cyri, Serenus, Ovidiusque 4. & 15. Met.*

Virg.

Virg. *Coralio fragili, & lacrymoso movit electus.*
 Seren. *Coralium, atque crocum corio connectito felis,*
 Ovid. *Nunc quoque curaliis eadem natura remansit,*
Sic & curalium, quo primum contigit auras.

Etsi vero Avicennas inter cardiaca medicamenta, & cordi hilaritatem afferentia numeret coralium, non propterea tamen etymon ejus variaverim, quod fecit Aldrovandus lib. 3. de metallis cap. 2. illis verbis, *Cur non poterit vocari coralium, quasi cor alat?* Apud quem Marbodeus Gallus in lib. de Gemmis masculinum fecit corallum eo versu.

Corallus lapis est, dum vivit in aquore vimen.

CRANIUM, nomen græcum, κράνιον, primam longam habere afferunt Francif. Vergara l. 4. Profod. græc. c. 18. & Gretfer. cap. 18. Theocritus tamen I. dyl. 6. corripit, ut & Mantuanus l. Factor. nisi sit fynæresis.

Verticis humani cranio vestigia fixit.

CREPIDA, cum græce sit κρηπίς, κρηπίδῃ, & Theocritus primam, secundamque produxerit I. dyl. 5.

πάντα κρηπίδες, πάντα κλαμυδοίφοροι, ἄνδρες.

Idemque præstiterit Lycophron in Cassandra Jambico illo.

ἢ εἰς κενὸν κρηπίδα Φοινίξες φόνος

Latini tamen Poetæ Catullus, Horatius, Sidenius utranque corripuere, ut patet ex versibus primo Indice adnotatis, certe non alia de causa, nisi quod non a græco fonte nomen hoc derivarunt, sed a mere latino, videlicet, ut docet Gell. lib. 13. cap. 20. a *crepitu*.

CRITICUS. Cum Horatius versu apud nos 946. corripiat primam, & Martialis versu alias 12230. producat dicens:

Æqualis liber est Critice qui malus est.

Raderus tamen, & editio Lugdunensis Sebastiani Griphii anni 1539. lib. 7. epig. 6. alias 89. habent *Cretice*. Sed Despauterius, & Quintianus Stoa 6. Epographe, & Josephus Langius, & novissime Thomas Farnabius retinent nomen *Critice*, & primam produci posse non negant. Accedit, quod ex eodem fonte derivatur *Theocritus*, cujus tamen penultimam non solum brevem, sed & longam fatetur Raderus ob versum illum Simonidis l. 1. Anthologiae.

γνώθι Θεόκριτον προσιδῶν τὸν Ὀλυμπιονίκαν.

Nosce Theocritum spectator Olympionicen.

CROCITO. Vossius 2. Gram. cap. 40. non assentitur
 Map-

Mapphæo Vegio 13. Æn. canenti.

Dehinc perturbatos crocicans exquirat, & omnes.
Sicut enim, inquit, a dormio fit dormito, secunda longa, sic a crocio crocito. Et sane Plautus in Aulularia verbo *crocibat*, prima quoque longa usus est, ut docui versu 150. Quia tamen Auctor Philomelæ, siue is est Ovidius, siue quis alius, cecinit & ipse:

Et crocitat corvus, graculus at frigulat,
suspicio verbum hoc ex illis fuisse, quæ essent conjugationis tertiæ, & quartæ, ut fuit *cupio*; ac proinde frequentativum ipsius potuisse penultimam habere brevem.

CUBUS. Priore ancipiti est, non tam quia fit a cubando, quam quia nomen græcum est *κῦβος*, significans cubum, tesseram, &c. licet autem priorem brevem habeat in proverbiali illo Jambico, quod refert Athenæus lib. 13.

Δεδογμένον τὸ πρῶγμα, ἀνεπίφθω κῦβος.
Decreta res est, jacta sit hæc tessera.

In *κῦβος* tamen, quod est *tesseris ludo*, Euripides in Rhetorica primam longam fecit eo Jambico, quod incipit *οἱ κῦβέοντες*.

CUCULUS. Avis priorem brevem, secundam communem habet: & brevem quidem apud Horatium l. 1. Sat. 7.

Cessisset, magna compellans voce cuculum.

Et si Voss. l. 2. Gram. c. 38. credimus, producit eandem in Jambico illo Pseudoli act. 1. sc. 1. Plautus.

Quid fles Cucule? vives. C. quid ego ni fleam?

Et in Trochaico Afinaris act. 1. sc. 2.

At etiam cubat cuculus: surge amator, i domum.

Idem tamen Vossius nimia severitate damnat Philomelæ Auctorem canentem:

Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.

cum Martialis quoque apud Quintianum Stoam Epographe 6. cap. 3. cecinerit illud:

Quamvis per plures cuculus cantaverit annos.

DANUBIUS, secunda brevi legitur sæpe, ut patet ex versibus alias adductis 1905. 7976. 8291. 141477. neque vero omnes sic metiri licet, ut facta syneresi, fiat trisyllabum, cum Horatianus versus Alcaicus l. 4. od. 15. requirat quadrisyllabum, & secunda brevi.

Non qui profundum Danubium bibunt.

Idemque requirit Ovidianum illud 4. de Ponto,

Infectumque fevo sanguine Danubium.

Quoniam tamen Straboni l. 7. dicitur *δανῦβις*, &

Steph.

Steph. Byzantino lib. de Urb. *δανῶβις*, & *δανῶβις*, si quis ob diphthongi græcæ vim secundam producere audeat, non carebit hac utcumque tutela.

DEHISCO, DEHORTOR, DEOSCULOR, & similia puto omnino habere primam communem, & longam quidem vi præpositionis *De* longæ; brevem autem vi vocalis ante vocalem, non secus ac composita ex *præ*, sequente vocali, exempla brevitatis habemus in *dehisco*, *deosculor*, *præeunte*, *præustus*; productionis tamen in *dehortor*, *præiret*, ut patet ex Ind. 1. nec me movet anxietas Vossii l. 2. Gram. c. 15. versum illum Ennianum, qui communiter & apud Gellium l. 7. c. 2. est,

Annibal audaci dum pectore dehortatur,
corrigentis adjectione *me*, & contrahentis in trisyllabam *dehortatur* sic.

Annibal audaci dum pectore me dehortatur.

Neque item probatur Philip. Rubenius l. 2. electorum c. 22. versum eundem pervertens hoc modo.

Annibal audaci dum pectore de me hortatur.

Nam in deorsum similiter prima variatur a Lucret. l. 2. semel enim, juxta meliorem editionem habet.

Pondera quantum in se est deorsum cuncta feruntur.
Et iterum.

Quam vacuum per inane deorsum cuncta feruntur.

Et rursus . . . *atque aerea quæque deorsum.*

DIACONUS. Suidas in Vocabulario ait, *διάκονος*, μακρὸν τὸ α, hoc est *diaconus*, longum habet *a*, & adducit Jambicum carmen Sophoclis tale.

ἀλλ' ἢ τέθυμεν, ἢ τὰ τῶν διακόνων.

Sed aut is est defunctus, aut diaconi.

Franciscus quoque Vergara in græca Profod. l. 4. c. 18. & Gretser. cap. 18. Reg. 2. dicunt produci; sed Gretserus putat id factum licentia, vel necessitate poetica, cum alioquin componatur ex *διά*, & *κονέως*; ultima vero *διά* brevis sit. At Vergara in Scholiis produci indicat ob crasim, seu contractionem nominis *διαέκονος*: Lexicum autem Græcum, eo quod in Epigrammatis Græcorum sit *διήκονος*, Dorice autem *η* vertatur in *α* longum.

DYNASTA, a verbo *δύναμι*, cujus primam, sicut & in *δύαμι*, corripit Homer. 3. Iliad. esto Iliad. 6. ob concursum trium brevium produxerit primam in *Dynamene*, de quo vide apud nos versum 1531. Quia vero Sen. in Thyeste in versu Sapphico produxit primam, juxta communem editionem a Smeatio, aliisque admiffam, dicens:

Cuncta dynastas, metuitque casus.

Farnabius, & cum eo Cavallius in Janua Musarum
sic emendant.

Cuncta divinat, metuitque casus.

At melius alii corrigunt, & coherenter ad sensum
Poeta illum locum sic.

Anxius sceptrum tenet, & moventes

Cuncta divitias, metuitque casus

Mobiles rerum, dubiumque tempus.

Non enim insolitum est Senecæ Sapphum imitari,
ac secundo loco dactylum inferere, ut dixi, dum
de Sapphico carmine.

EARINUS. Super hoc nomine quæstionem movet
ipse Martial. l. 9. epig. 8. aut 12. indicans voluisse
se illud Hexametro, aut Pentametro carmine
celebrare, sed non facile potuisse ob concursum
quatuor syllabarum brevium. Quare elegit illud
Phal. carmini inferere dicens.

Nomen cum violis rosisque natum,

Quo pars optima nuncupatur anni,

Hyblam quod sapit, &c.

Versu dicere non rudi volebam,

Sed tu syllaba contumax repugnas.

Dicunt ædiprov tamen Poete,

Sed Græci, quibus est nihil negatum,

Et quos æpes æpes decet sonare:

Nobis non licet esse tam disertis,

Qui Musas colimus severiores.

Quasi vero minoris culpæ esset primam in hoc nomi-
ne producere in Phaleucio, quam in quovis alio ge-
nere carminum. At in nullo culpabilis futura erat
ea necessitas, potius quam licentia Poetica. Quam
quam ne illo quidem refugio fuit illi opus; cum *Ea-
rinus* significet *Vernum*, & derivetur tam ab *æap*,
communis dialecti, quam Jonice ab *æap*, quod si-
gnificat *Ver*; ejusque priorem modo utroque usur-
pat Oppianus in cynegeticis l. 3. & 4. & Quintus Ca-
laber l. 2. & 4. eam producit vi diphthongi, licet Jo-
nice sine diphthongo corripit Hæmerus, & non-
nulli alii, quorum versus fuse adducit Conradus
Dinnerus in Epithetis græcis, verbo *æap*, & *æiap*.

EBUR, quod primam apud omnes brevem habet,
communem tamen habere putavit quidam apud
Quintianum Stoam Epogr. 6. adducens Catulli car-
men, sed spurium.

Ebore Nyseo vertice Casariam;

Cum editiones plurimæ, & receptiores, ipso Stoa
annuente, habeant.

Et Bereniceo vertice Casariem.

Simili sphalmate primam communem nobis in *Echion* intrusit, ob versum Ovidianum 5. *Metam. Echionque sagax, &c.* cum vera, & legitima editio habeat *Æthionque sagax.*

ELECTRUM primam longam plerunque, & securius habere constat, tum multis exemplis ex nostro Indice petendis, tum quia græce communiter scribitur *ἤλεκτρον*. Quidam tamen pro brevitate quoque primæ adducunt Virgilianos illos versus, primum ex 8. *Æn.* alterum ex Cyri.

*Quod fieri ferro, liquidove potestur electro
Coralio fragili, & lacrymoso movit electro.*

Nam veteres adhibuisse potestur testis est Festus. Verum Serv. in 8. *Æn.* Politianus in *Miscellaneous*, Cerda, & plerique alii spondaicum ibi carmen legunt, terminatumque sic . . . *liquidove potest electro*. Nihilominus quia Quintianus Stoa Epogr. 6. c. 2. recipit priorem lectionem, & secundum exemplum Virgilii, nisi violenter corrigatur, favet, aliquis locus relinquitur correptioni primæ; & forte alia dialecto, puta Attica η in ϵ commutari potuit.

ERIPHYLE. Cum priores duas corripiant plerique; visus tamen Tibullus primam produxisse, & medias corripuisse versu illo.

Eriphyle Phæbo græce quod admonuit.

Hinc suspicatus est Stoa hanc fuisse Sibyllam, alteram vero Amphiarai uxorem; etsi non negat legi ab aliquibus in Tibullo Hierophile, ut & nos legimus.

EUGENIUS. Philephus, & non nemo alius penultimam corripuere, qui non effugerunt censuram Gerardi Vossii lib. 2. *Gram. c. 4.* id improbantis, eo quod græce scribatur *Ἐυγενῆς*. Nisi malis eos excusare ob necessitatem secundæ brevis inter duas longas clausæ.

FLABELLUM. Recte produci primam a Propertio, & Claudiano, versibus apud nos 1164. & 1411. nemo est, qui ambigat, ob derivationem a *flabam*, vela *flabo*. Utrum autem corripi possit, non desuere qui dubitarint, & Ovidianis in exemplis, loco *flabelli*, substituendum putarunt *labella*: sed utique violentia in textum, sensumque Poetæ non permittenda; præcipue cum alia non pauca sint, quæ non servant quantitatem suorum primitivorum. Porro versus Ovid. sic se habent l. 1. *Amor. eleg. 2.*

Vir

*Vix tamen interea tenues arcessere ventos,
Quos faciant nostra mota flabella manu?*
Et lib. i. de Arte.

*Parva leves capiunt animos: fuit utile multis
Pulvinar facili composuisse manu:*

*Profuit & tenui ventos movisse flabello,
Et cava sub tenerum scamna dedisse pedem.*

Et ita habent quotquot editiones licuit consulere:
FOCILO. Videtur hoc verbum a *foculo*, quo frigore correpti restaurantur, deductum, adeoque primam brevem habere; quare versum illum sive Ovidii, sive Lucani ad Pisonem:

*Sed miserum parva stipe facilat, ut pudibundum.
Scaliger offensus modulo, maluit legere, munerat.
Voss. tamen in Append. ad l. 2. Gram. retinet facilat,
& confirmat ex Suet. in Augusto c. 17. & ex Glossis
vetustis. Quid si *focilo* est a *faucibus*, quarum anhelitu, ut frigidiusculas manus fovemus, aut ignem excitamus, sic alia refocillare possumus.*

FORTUITUS. Penultimam longam habet proculdubio apud Plaut. Horat. Ausonium, & Alciatum, versibus 790. 1350. Reliqui, quibus corripi posse suadet, nempe versus 2588. 2860. sic scandi possunt, ut facta synæresi retineatur penultima longa; mihi tamen, & Stoæ videtur violentior illa synæresis, præsertim si, ut vult Servius, derivetur a *fortuna*, & *itum*. Nec minor est difficultas de *gratuito*, cujus tamen penultimam manifeste brevem fecit Statius l. Sylv. illo versu Phal.

Largum gratuitis cadit rapinis.

Eandemque rationem de *fortuito* esse censet Voss. l. 2. Gram. c. 37. contra Joannem Douzam l. 2. Præcidaneorum ad Horat. c. 26. putantem in his *to* I male corripit.

FULICA. Tres breves habet apud Virgil. Ovid. & Claudian. versibus, qui apud nos sunt 3422. 6134. 23650. At priores longas quoque habet in Furi Antiatii versu illo editionis Gryphianæ, Stephanicæ, & Tornælianæ.

*Hic fulica levis volitat super æquora classis.
Quem versum, ut ad modulum ordinarium fulicam revocent, varii varie corrigunt. Fulvius Ursinus in Virg. cum Græcis collato l. Georg. legit: Utque fulica levis. Petrus Crinitus de Poetis Latinis c. 33. Ut fulica ipsa levis. Vossius l. 2. Gram. c. 38. ex Gellii l. 12. c. 11. manuscriptis, & quibusdam excusis legit sicut, sed putat corruptum, & legendum
Hic ut, disjunctim tamen sic.*

Hic.

Hic levis ut fulica volitat super aquora classis.
At quia classis constat ex pluribus navigiis, puto
melius legi.

Hic levis ut fulica volitat super aquora classis.

GEDANUM, secunda longa, five a *Getis*, & *Danis* conflatum, ut vult Goropius, five a sinu *Codano*, ut contendit Cluver. l. 3. Germaniæ antiquæ sub fin. c. 34.

GENUA. Sic eam nominant Liv. l. 27. 28. 30. Valerius Max. l. 1. c. 6. Pompon. Mela l. 2. c. 4. Plin. & Itinerarium Antonini. At ex Græcis Ptolemæus, & Strabo l. 4. & 5. nominant *γένηαν*, sed Stephanus Byzantinus *γένοαν*. Quare prima brevis, secunda anceps est. Sunt qui eam a Jano denominent, & Januam vocent, sed posterioris, & janii barbari sæculi, ut notat Cluver. l. 1. Italiæ Antiquæ; nempe Procopius l. 2. & 3. Luithprandus in Fasciculo temporum, & Inscriptio marmorea in muro urbis hujus mare prospectans.

GEOMETRA, vel **GEOMETRES**: græce *γεωμέτρης*, primam habet brevem, secundam longam, tertiam communem. At Sidonius bis in Phaleucis corripuit secundam, dicens.

Non hic cum Geometricas ad artes.

Tractator, Geometra, Musicusque.

Reliqui versus etsi favere videntur Sidonio, si tamen synæresis fiat, non amplius favent: talis ille Juven. Sat. 3.

Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Alistes,
Et Aufonii in Idylliis.

Vel quot juncturas geometrica forma favorum.

Quia vero terra, & ager græce dicitur non solum *γέα*, sed etiam *γούα*, ideo prima produci potest, sicut in Georgius.

GETULUS. Scribe cum Dionysio, & aliis, *γαιτῆ-λα*, ideoque recte priores productæ Virgilio, Statio, Claudiano, Lucano, & aliis: nec te moveat illud Martialis in spectaculis Epigr. 4.

Traducta est Getulis, nec cepit arena nocentes?
Siquidem vetusti codices, & germana lectio habet, *Tradita Getulis*. Sic & in Ovidii Epist. Di-
do ad Æneam.

Quid dubitas victam Getulo tradere Hiarba?

GOTHI. Baptista Mantuanus semel, quod noverim, priorem producit, alias sæpe corripit, ut & Aufonius, quorum carmina penes nos sunt 2556. & alia, nec mirum, quia lidem græce scribuntur non
solum

solùm γόδοι, sed etiam γότθοι, apud Stephanum Byzantinum, & Procopium l. 1. Rerum Gothicar. & Ptolomæo γόδοιες, & Strabon. l. 1. γότθους. Latini eos appellarunt modo *Gothones*, & *Gotones*, Tac. l. 2. Ann. modo *Guttones*; ut Plin. l. 37. c. 2. modo *Getas*, & *Gethos*. S. Hieron. epist. 135. Orosius l. 1. c. 16. modo denique *Gothos*, ut Pomponius Latus in Constantino Magno, Spartianus in Caracalla, & in Antonino Geta, de qua varietate consule eruditissimum Cluverium in Germania Antiqua l. 3. cap. 34.

GRABATUS. Primam corripiunt, secundamque producant Catullus, Virgilius, Martialis, ut videre est in versibus apud nos 1560. 5414. & 12055. sed apud Græcos geminato BB, scribitur κρδββατ, & prima producitur.

GRAVEOLENS. Sunt qui putent synæresin, aut crasim factam a Virgilio in versibus illis 4. Georgic. & 6. Æneid.

Cecropiumq; thymum, & grave olentia centauræa.

Inde ubi venere ad fauces graveolentis Averni.

Atqui synæresis, & crasis producant suam syllabam: oportet ergo disjunctim scribere adverbium *grave*, & deinde uti synalæphe.

GREGORI. Vocativum penultimam habere brevem, ut & *Ambrosi*, *Gervasi*, *Protasi*, &c. non dubitatur; sed an acuenda sit cum Græcis, necne, affirmant P. Labbeus ob inveteratam consuetudinem; & idem cum Gellio l. 13. c. 24. & Prisciano l. 7. qui penultimam in *Mercuri*, *Æmili*, *Valevi*, *Virgili* corripiendam quidem, sed tamen acuendam statuerunt, censet Vossius lib. 2. Gram. c. 10. Contrarium existimant Hagedius apud Gellium supra, P. Franciscus Meneses, & cum eo P. Cavallius in Janua Musarum. Ego consuetudini a plerisque doctis jam toleratæ in sacris Litanis indulgendum arbitror.

H ACELDEMA, seu **ACELDEMA**, de quo in Act. Apost. c. 1. ubi habetur, ἀκελδαμά, τέτιςι χῆριον αἵματ. *Aceldama*, hoc est ager sanguinis, Matth. 27. pro *Haceldama*, quod Latina versio adjecit, græce non habetur nisi Ἄγρος αἵματ, *Ager sanguinis*. Nomen porro illud fuit Sitochaldaicum, & secunda sui parte græcissimum continens. Græce enim αἷμα αἵματ significat sanguinem; proinde ob diphthongum in ea crasi latentem, producenda est penultima. Quod præstitit Prudentius apud Smetium.

Campus Aceldamach sceleris mercede nefandi.

Et Dominicus Mancinus de Domini Passione.

Fertur Hiceldemach, hoc est a sanguine campus.

Haud ita Georgius Æmiliius in festo S. Matthiæ.

Omnis adhuc hodie Judæus Aceldama dicit.

HELVETII. Straboni lib. 4. ἡλκεττιοι, secundam duplici de causa longam habent, nempe ob vocalem *η*, & propter positionem: neque obitat illud Baptistæ Mantuani, quod pro brevitate secundæ adducit P. Cavallius in Janua Musarum.

Helvetii tibi dura acuum venabula, & enses.

Aut enim Mantuanus græcos codices non advertit, aut facta synizesi defendi potest versus, si trisyllabam fiat hoc nomen.

I DOLOTHYTUM, græce εἰδωλόθυτον. Haud dubium quin sequi liceat accentum græcicum, & acuere in pronuntiando antepenultimam. Sed lis est de quantitate penultimæ. Etenim Despauterius cum Nestore eam producit, & ego olim derivans hoc nomen a verbo θύσαι, cujus prima longa, ut indicat accentus circumflexus, ut & in θυμα sacrificium, & in Thyas, ἄθος, quæ erat Bacchi sacrificula. Orpheus tamen in θυσια, sacrificium, primam corripit, ut & alii apud Conradum Dinnerum in Epithetis. Ideoque P. Labbeus, & cum eo P. Cavallius contendunt penultimam corripiendam esse; sed apud eundem Dinnerum Græci producant priorem in θυμα, victima, seu sacrificium. Quare variari posse puto. Lexicon quoque novissimum affirmat, primam in θυω, sacrifico, produci, & adducit Homeri exemplum.

ILITHYIA, græce εἰλαθύια, tres primas longas habet ob tres diphthongos; nam & *ui* diphthongus est: quem modulum tenuit Ovidius.

Præpositam timidis parientibus Ilithyiam.

Et Horatius in sapphico carmine sæculari.

Lenis Ilithya tuere matres.

At Virgilius in Ciri peccasse videtur contra græcas leges, dum priores duas corripuit dicendo.

Perfer seva precor per mystica sacra Ilithyie.

Nisi malis esse spondaicum, & non obstante diphthongo penultimæ, factam iynæresin, ut nomen evaderet trisyllabum, quod quam durum fuit nemo non videt. Quintian. tamen Stoa Epogr. 6. c. 2. & 3. ob auctoritatem Virg. priores duas esse communes putat, quod minus invite admitterem, si constaret Jonice hoc quoque nomen scribi posse εἰλαθύια.

IMBE-

IMBE-

cund

que

henc

cill

metr

trica

INSUE

corri

bus

Cava

græc

tar. i

nt &

phan

firma

exce

legit

liæ a

INVOL

succe

sibus

form

pollu

lutu

verin

vo in

hinc

etum

invo

JUBIL

ωβι

Fast.

Hu

Qu

Sed p

ma f

L ABI

fus

Ou

nocte

dum

etylu

LATR

habe

rum

Ca

IMBECILLUS, quasi *baculo*, aut *bacillo* innitens, secundam brevem habet apud Prudentium quater: neque assentior Vossio l. 2. Gram. c. 17. illum reprehendenti, & tamen agnoscenti derivationem a *bacillo*. Quod enim Lucretius, & Horatius in hexametro secundam produxerint, necessitati magis metricæ, quam legi adscribo.

INSUBRES. Secundam communem habet, eamque corripunt aliquando Mantuanus, & Crinitus, quibus subscribunt noster P. Labbeus, & P. Ludovicus Cavallius in Janua Musarum, ac merito. Nam et si græce scribantur Polybio l. 2. ac 3. Ἰσομβρες, & Plutar. in Marcello Ἰσομβρες, & Straboni lib. 5. Ἰσαβρες, ut & Ptol. in descriptione Italiæ; tamen apud Stephanum Byzantinum habentur Ἰσβαρες, & hic affirmat a Polybio dictos Ἰσοβρες, & P. Labbeus in excerptis Polybii docet legendum Ἰσοβρες, & ita legit Smetius; esto aliter legat Cluver. lib. 1. Italiæ antiq. cap. 24.

INVOLUCRUM. Qui putant formari ab involutum, succensent Prudentio penultimam corripienti, verbis apud nos 13498. & 13662. sed si quam primum formari potest ab *involve*, ut a molo molocrum, & a polluo pollubrum, non est necesse derivari ab *involutum*. Neque tam perperam de Prudentio existimaverim, ut putem similitudine deceptum ab adjectivo involucris, quod significat tardum; immo potius hinc ejus opinionem firmaverim, si involucrum dictum suspicer, eo quod involucrum reddat quem involverit. Sed hæc mera suspicio esto.

JUBILÆUS. S. Gregorio Nazianz. ἰωβηλαῖος, Suidæ ἰωβηλαῖος, mediis longis. At Baptista Mantuan. 4. Fast. priores corripuit, ut infra.

Huic anno cognomen erat Jobeleus, ab ipso,

Quod Jobel appellat soboles Abramica, cornu.

Sed præstat utrasque producere, quia hebraice prima scribitur per *Cholem*, secunda per *Tzere*.

LABRAX, Labracis incrementi est brevis: nam versus quem Smetius ex Oppiano adfert:

Θωδὸν μὲν κορακίνοσ ἀγεί λαβρακα δὲ καπίσ.

noster Labbeus, & cum eo Cavallius docent legendum, ἀγεί & λαβρακα καπίσ; ita ut Labraca sit dactylus.

LATRO, Latras proculdubio primam communem habet, quia Phædrus Virgilio coævus l. 5. Fabularum in Jambo priorem breviam dicens.

Canem objurgabat, cui senex contra latrans.

idemque in hoc verbo, aut compositis fecere alii, quos adduximus versibus 2604. 2665. 2788. Quamquam, si exempla deessent, sufficeret sola Regula de Muta præcedente Liquidam, quamdiu non constaret evidenter syllabam eam natura sua esse longam. At non solum id minime constat, sed potius validissima conjectura est esse brevem: siquidem, sicut *latrones* dicti sunt quasi *laterones*, ita verbum *latrare*, quod canes vel *latronibus*, vel *latentibus*, vel *lateribus* inclament. Græce quoque *ὄλακῆ*, *latratus*, priores duas breves habet.

LIBRO, libras, primam longam natura sua habet, ut ex *libella*, & versu 355. apud nos patet. Ovidianus autem versus 7. *Metam.*

Ad jaculi vertebat opem, quod dextra librabat.
in emendatis codicibus apud Farnabium, aliosque, & cohærenter ad tempus præsens sequentis carminis, sic legitur.

Ad jaculi vertebat opem, quod dextera librat
Damea: dum digitos amentis addere tento.

Sic in carmine Ithyphallico, Phaleucium illud mendosum est.

Medis laxior Indicis libratis.

Meliores enim libri habent.

Medis laxior Indicisq; braccis.

Quia tamen Julius Cæsar Scaliger, magni judicii, & latinitatis peritissimus vir, primam corripuit in illo Scazonte:

Sed quam libravit dextera spiculatoris.

Et quidam mordicus tenent priorem Ovidii editicnem; ideo sic produxerim ego, ut alios corripientes non obstinate reprehenderim.

MARCOMANNI. Ita scriptum nomen hoc cum duplici NN, constanter legitur apud Jul. Cæs. lib. de bell. Gall. Vellej. 1. 2. Tacit. 2. Annal. & 1. de German. Jul. Capitolin. in M. Antonino Oros. 1. 7. c. 15. & alios, quos adducit Cluver. 1. 3. Germ. antiq. cap. 3. & 30. sed & Strabo 1. 7. habet *Μαρκομάννης*, & ita habetur in vetustis marmoribus, ac nummis. Proinde cum Stat. 3. Sylv. 3. vers. 200. corripuerit penult. dempto uno de duobus η, dicens.

Quæ modo Marcomanos post horrida bella vago s; dicendum videtur, eum necessitatis causa id fecisse, quod secunda brevis esset inter duas longas, nec aliter nomen hoc ingredi posset hexametrum, nisi vel secunda producta, vel tertia correpta.

MATER. Dubitatur ab aliquibus an prima possit corripri,

ripi, propter Dialectum Æolicam, quæ η vertit in æ breve, juxta PP. Antesignanum in Gram. græc. ubi de Dialectis, & Jacobum Gretser. in Profod. cap. 7. Verum de hoc non vidi exemplum certum; nam carmina illa Pindari in Olympia:

Ζηρός ἦτορ λιταῖς ἔπεισε μάτηρ, &
 Ἐραρός δ' ἐφρίξενιν, Ἐ γαῖα μάτηρ, &
 μία βοῖς κρηθεῖτε μάτηρ, &c.

non probant absolute primam in μάτηρ, esse brevem, cum non constet, μάτηρ esse Jambum: Quidam tamen putant esse Jambum. Vide infra TRACHEA.

MATRIMUS, & **PATRIMUS** est, cui adhuc superstes est mater, aut pater; horum penultimam corripuit Angelus Politianus, versibus in nostro catalogo 15542. & 15543. qui apud ipsum sunt c. 58. Miscellaneorum. At Catullus in primo Epigrammate produxit, eo Phaleucio.

Qualecunque quod o patrima Virgo.

Ubi Minervam alloquitur, quæ nata a capite Jovis, & tamen semper superstitis, recte dicta est patrima, & eam lectionem habent multi codices, quidquid repugnet Vossius l. 2. Gram. c. 23. esto aliquis codex habeat *patrona*, & unus *peranna*; at *patrimam* agnoscit Josephus Scaliger. Jam tamen Vossius ibidem contendit Politianum errasse; formata enim adjective in *rimus* penultimam corripere, ut *finitimus*, *legitimus*, *solistimus*, *editimus*; at quæ formantur in *imus*, sed ita ut non totum *imus* adjectum sit, nec proaget syllabam, penultimam producere, ut, a *præ primus*, a *bis bimus*, a *tres*, vel *tris*, *trimus*, a *matre matrimus*. Quidquid sit de hac observatione, cum a *sinistro sinistimus*, a *dextro dextimus*, ab *intra intimus*, ab *extra extimus*, a *citra citimus*, ab *ultra ultimus*, sic formentur, & tamen corripiantur: mihi ita præponderat Catulli auctoritas adjuncta Vossii, & Scaligeri, ut tamen Politiano se tuenti non omne patrocinium denegaverim; nam & illi suffragatur Despauterius, & Smetius, esto Cavallius Scaligero subscribat.

MEDOACUS. Maurus in Franciade primam necessitate metri produxit versu apud me 22901. alioquin prima brevis est, cum apud Strabonem lib. 5. scribatur *μεδοακος*.

MELEAGER. Si sic legitur in Metam. non dubium quin Ovidius eam produxerit illo versu.

Quam Meleagros erat, primus vidisse putatur.

Sed quia eodem libro dixerat,

*Esse putant tutos: donec Meleagrus, & una
Lecta manus juvenum caluere cupidine laudis.
Et infra ibidem.*

*Inscius atque absens flamma Meleagrus ab illa
Uritur.*

ideo & priore loco Despauterius legendum putat Meleagros, quia putat penultimam natura brevem habere, cui subscripsit noster Ricardus Esius Græcarum literarum consultissimus in Rudimentis Profodiæ, & ubi de A, ante G, in mediis syllabis. Quare etiam si Ovidius dixisset *Meleager*, necessitate potius penultimam produxisset, quam quod natura sit longa, nec inde id fati probatur.

MICHAEL. *Μιχαηλ* apud Hebræos tres longas habet, & græcæ ultima longa est, ut & incrementum in *ηλος*. Quare si qui versus ab hoc modulo recedere videntur, possunt sæpe excusari, ut excusat Quintianus Stoa, Cavallius, & Jo. a Planis, facta per synæresim contractione in dissyllabum, ut ille Mantuani, a spondeo potius initus.

Michael octavo Majas apparuit idus.

MOYSES, cum Exodi 2. Marci 7. Act. 6. & passim semperque in Bibliis græcis, aliisve libris scribatur *μωσῆς*, vel *μωσῆς*, vel *μουσῶς*, vel *μωσῶς*, ut annotavit etiam noster Gretserus l. 1. Instit. Græc. c. 7. mirum, quomodo Gerardus Vossius l. 1. de Arte Gram. cap. 9. approbare potuerit Sedulium l. 3. canentem.

Quid quod & Eliam, & clarum videre Moysen?
Aut Prudentium in Hamartigenia hexametrum terminantem sic: *Velut ipse Moyses*, & in Phaleucio illo de Corona.

Indumenta pedum velut Moyses.

Nec approbarit solum, sed etiam antiquissimum illum versum, quem recitat Petrus Crinitus l. 17. de honesta disciplina cap. 1.

Moyses primus Hebraicas exaravit literas.
emendarit sic, ut in trochaico versu primam corripuerit, substituens,

Primus Hebræas Moyses exaravit literas.

Cum potuerit salva lege græcæ vocalis trochaicum sic instruere.

Moyses Hebræas primus exaravit literas.

NAUFRAGIUM. Plerique Poetarum videntur corripuisse secundam; quamvis enim nullum adhuc exemplum repererim id omnino evincens, quia illorum carmina sic metiri licet, ut facta synæresi,

refi, *naufragium* evadat trisyllabum, & secunda producatur, ut videre est in versibus apud me 1370 & aliis in priori Prosodia; id tamen a tam multis factum haud ita probabile est, praesertim cum in *naufragus*, & similibus a frango derivatis penultima brevis sit. Unus porro, & unico, quod sciam, loco Manilius l. 4. produxit eo versu.

Incubuit pontus, timuit naufragia tellus.

Nec deest patrociniū a Græcis, quibus naufragium dicitur *ναυάγιον*, sed Jonice *ναυήγιον*, aut *ναυήγη*, secunda longa. Proinde tutius quidem est ob latinam derivationem corripere; sed producentem non omnino exsibilandum puto.

NERIENE. Gellius l. 13. c. 21. quem affert Quintianus Stoa Epogr. 6. cap. 2. primam longam apud Ennium, brevem apud Licinium Imbricem fuisse docet, nec id manifeste evincit: sic enim metiri possumus Ennii versum, ut prima brevis sit; & brevem putat P. Cavallius in Janua Musarum. Apud Græcos nomen hoc non reperi.

NUTRIO. Primam communem habere putavit Despaut. credo ob illud Claudiani 2. in Eutropium.

Statusque leonis

Sæpe nutrire levis.

Sed Aldina, & aliæ posteriores editiones habent, *spe nutrire levis*. Deinde nutrix dicta videtur, eo quod infantem gressibus nutantem regat, aut nutibus cum eo agat: prior autem in *nuto*, & *nutus*, producitur.

OEDIPUS. Primo nomen hoc, & alia multa composita a *πῆς, ποδός*, ut adnotat Gretserus lib. 1. Gram. græc. cap. 7. habet in casu recto non solum *οἰδίπυς*, sed etiam *οἰδοιπόδης*, & in genitivo *οἰδιπόδος*, & *οἰδίπυ*, latine *Oedipodis*, & *Oedipi*, & *Oedipodæ*. Deinde in casu recto Poetæ Græci aliquando habent Dorice *οἰδίπρος*, latine *Oedipus*, ita ut ultima sit communis; nempe longa quidem ob diphthongum *υ*, sed brevis ob simplex omicron. Vide Delrium in Oedipo Senecæ act. 2. Apud Horat. Polypus ultima brevi lib. Epod. od. 12. esto communiter sit *πάλυπυς*, aut *πάλιπυς*.

OPOBALSAMUM. De penultima fatis dictum supra in vocabulo BALSAMUM.

ORICHALCUM, habet græce communiter diphthongum in secunda syllaba, sic *ορείχαλκον*, ideoque illam produxit Hesiodus in Herculis clypeo; Horatius tamen, Stadius, & Fillolius eandem corripuerunt,

runt, ut patet ex collectis per nos versibus 1098. & aliis: fortasse dialecto Jonica, vel alia quapiam abjecto ε, retenta est vocalis sine diphthongo.

ORIGANUS. Variat non minus quantitatem, quam sexum: nam fœminini generis est apud Atticos, ut testatur Phavorinus; & sic eam usurpant Theophrastus, Dioscorides, & ante hos Plato apud Athenæum l. 21. qui tamen l. 11. affirmat ab Anaxandride, & alis usurpatum masculino genere; sed ab Epicharmo, & ab Amipsia, neutro genere; quod nunc plerisque placet. Serenius primam corripuit, & secundam produxit versu illo,

Cumque hoc absumi debebit origanus herba.

Et antea Nicander in Theriacis, bis.

Συνὸ Ἐὐν πετάλειον ὀρίγανον, &

Ἡνίτε Ἐὐράλειον ὀρίγανον ἀπφενέπυσσι.

Ubi vides scribi modo per ει, modo per simplex jota, quo posteriore modo scribunt Aristoteles, Theophrastus, Dioscorides, Athenæus, Aristophanes, Hesychius, Suidas, Cassianus, Bassus, Antigonus, Plutarchus; sed & Theodosius grammaticus apud Phavorinum aiebat scribendum per simplex jota, quia putabat derivari a *πίγω*, idest algeo; sed ipse Phavorinus ait: *Origano Attici muliebri genere pronuntiant. Origano herba est: prestat per diphthongum scribere; Origani enim vox constata est ex dativo ὀρεί, monti, & γάνος, quod significat gaudens, eo quod gaudet montibus.* Herodianus, non reluctante Phavorino, contendit dictum ἀπὸ τῆ ὀρίαν, & γάνω, idest a videre, & clarifico, eo quod visum acuat, & clarificet; qua etiam ratione secunda longa esse debet, ob vim diphthongi, idest alpha cum jota subscripto, & circumflexi accentus in ea latentem. Nonterus tamen Poeta, sed recentiorum temporum, primam produxit, & secundam corripuit illo carmine.

Saxifraga uriganum, mox glycirrhiza, melones.

Quem non facile imitabere, licet ad primæ syllabæ productionem emendicandam scripserit per U, quasi latine ab urendo derivans.

ORIGENES. Hor. l. 1. Sat. 2. nomen proprium *Origenis*, vel, ut alii legunt, *Originis*, sic versu inclusit.

Ut quondam Marsæus amator Originis ille.

At Petrus de Barbaris apud Quintianum Stoam cecinit.

Scripfit Origenes, quæ non tenebrosa fuerit.

Ubi male tertiam produxit, cum apud Suidam scribatur ὀριγένης; prima quoque producenda esset

set propter *omega*, sed corripitur exemplo Horatii, & vi Æolicæ dialecti.

ORPHEUS, græce Ὀρφεύς, dissyllabum est, ac spondeus, & ita passim Poetæ. Sed quoniam Virgilius in Culice cecinit.

Pœnaque respectus & nunc manet Orpheus in te.

Najadum cœtu, tantum non Orpheus Hebram.

videbatur olim defendi posse agnoscendo versus hos pro Spondaicis, sed secundus aberraret a lege Spondaicorum, quæ antepenultimum pedem solet requirere dactylum. At quid facias Jambico illi apud eundem in Epigrammatis?

Moresque agrestes expolivit Orpheus. Jamb.

Certe nisi Virgilium utpote juniorem damnare audeas erroris, dicendum est aliqua tandem dialecto græca resolvere licuisse diphthongum *ov* in *eos*, & nomen hoc heteroclitum fuisse non minus in recto casu, quam fuerit in obliquis, de quibus satis diximus in Profodia Majore, Par. 2. Reg. 5. in Append. de Dialecto Dorica, & Jonica. Vide quæ mox dicemus de **PHALEREUS**, ubi & de *Perseus*.

PASTOPHORUM. In Bibliis græcolat. Esajæ 22. habetur παστοφόριον, & sic habet Calepinus Pasteratii. At Suidas, & multa Lexica habent παστοφορέιον, & idem caput Esajæ recensent: quare neutrum sic liquet, ut alteri nullus sit probabilitatis locus.

PATRIMUS. Vide quæ supra diximus de **MATRIMUS**.

PECULATOR, prima brevis est, secunda longa: etenim eam produxit Horatius, Virgilius, & Juvenalis in Peculio, versibus apud nos 1864. & aliis, & Martialis in *Peculiari* l. 4. seu apud nos versu 2142. nec te moveat versus ille Prudentii in *Psychomachia*.

Quid petit arsurus pariter peculator avarus?

Nam in manuscriptis teste Vossio, & in editione Gifellini est *peculator*.

PHALEG, græce φαλέγ, utraque brevi apud Hebræos; at S. Gregor. Nazianz. de genealogia Christi, priorem modo produxit, modo corripuit, ut adnotavit Franciscus Vergara lib. 4. Gram. græcæ c. 14. in Scholiis.

PHALEREUS, patrium nomen a loco Atticæ dicto φαλήρον; hinc Demetrius dictus Phalereus. Græce apud Suidam φαληρέυς, nempe trisyllabum, secunda, & ultima longa: sed apud Stephanum Byz-

zantium de urbibus, verbo *φάληρον*, dicitur non solum *φάληρος*, sed etiam quadrifysyllabum *φάληρολος*, secunda, & tertia longa. His non obstantibus Phædrus Poeta Virgilio coævus resolvit hoc nomen in quatuor fyllabas: ita tamen ut tertiam corripuerit Jambico illo,

Demetrius qui dicitur Phalereus.

Quare, ut dictum in nomine *Orpheus*, probabile est aliqua dialecto græca licuisse nomina in *ος* resolvere in *eos*; qua ratione defendi quoque potest Manilius l. i. si *Perseus* dactylum fecit, quamvis græce sit *περσός*.

Et finitur in Andromeda, quam Perseus armis.
Nisi malis esse Spondaicum carmen, quod tamen solet quarto loco habere dactylum.

PHARSALIA. Secunda communiter apud Poetas producitur, & in *Pharsalus*, & *Pharsalicus*, quod evicimus versibus 1546. & aliis, nec obstat illud sine Catulli, sive Pedonis Albinovani.

Pharsaliam coeunt, Pharsalia recta frequentant.
Nam legendum *Pharsalon coeunt*, & quamvis legeretur *Pharsaliam*, synæresis esset, & trifyllabum.

PITUITA. Primam produci, & tertiam docent versus illi Catulli ad Furium.

Mucusque & mala pituita nasi. Phal.

Et Persii Sat. 2.

Somnia pituita que purgatissima mittunt.

Quapropter reliquos versus, in quibus prima videtur corripitur, sic plerique scandunt, ut ope synæresis trifyllabam efficiant *pituitam*, ut fecit Persius: tales sunt versus Horat. l. 2. Sat. 2. & l. i. epist. xi. & Macri.

Lenta feret pituita: vides ut pallidus omnis.

Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

Cum multo bibitum pituita noxia solvit.

Et Despauterius, ac Scaliger lib. 7. Poet. ex *Ælto* Stolone putant dictum ab eo quod *petat vitam*, sed sic prima brevis esse deberet. Esse porro trifyllabum dictis locis autumant Despauterius, Scaliger, Joannes a Planis, Vossius, & Cavallius, & verti in consonantem.

POLYMITUS, a, um, idest ex multis filis, seu licii contextus, penultimam brevem habet; siquidem *μίτος* filum apud Homer. Iliad. ↓ priorem corripit, & Gretserus, ac Vergara non excipiunt id a Regula de *Jota* ante *Tau*, quod corripitur dicunt in suis Profodiis græcis. Proinde aut aliunde derivavit, aut necessitate, ob concursum quatuor

bre-

brevium produxit Martialis in nomine, sed proprio fœminæ polymitæ, verſu alias 12595. Meum porro Lexicum cum *μῖτος* ſcribat, male tamen habet *μονομίτος*, *unilicium*, debuit enim ſcribi *μονόμιτος*. Deſpauterius cum Calepino, Neſtore contra Rigam affirmat omnes breves eſſe in Polymitus.

PRÆSTOLOR. Penultimam produxit Valla verſu alias 20050. ſed corripuiſſe videtur Turpilius verſu Jambico apud nos 22498. manifeſte tamen corripuit Buchananus verſu 20052. An autem Comici antiqui in ſuis Jambis corripuerint, verſibus apud nos 256. 97. 153. non convincitur, cum ſedes illa recipiat & ſpondeum. Corripiendam putant P. Cavallius in Janua Muſarum, noſter P. Ricardus Eſius in Rudimentis Proſod. ubi de O ante L, in mediis ſyllabis, & Voſſius l. 2. Gram. c. 37. quia a *præſto* ſit *præſtulus*, & antiq. *præſtolus*, ideſt qui præſto eſt. At Simon Verepæus in Reg. de O ante L, in mediis ſyllabis excipit hoc verbum, & cum Deſpaut. produci putat. Ego libentius corripuerim.

PUBLICUM. Inquit Auctoꝝ Theſ. L. L. dictum eſt eo quod non privatis, ſed populo commune eſt, & forte quod *populo liquet*, aut *licet*; & ita priſci dicebant *publicus*, & *poplicus*; ſic etiam *res poplica*, quaſi a *poplo*, ſeu *populo*. Hæc ideo adnotarim, quia ſi quis priorem in *publicus* communem faceret, cum in *poplo* communis ſit, & brevis in *populo*, non poſſet erroris redargui; immo habet unde ſe defenderet, ob Regulam generalem Mutæ, ac Liquidæ, quæ ſola per ſe valet, etiamſi deſint in particulari aliquo vocabulo exempla.

PUTEOLI. Primam longam habere cenſet P. Cavallius in Janua Muſarum, quod derivetur a putore fulphureo; at Feſtus de verbor. ſignificat. ait: *Puteolos dictos putant ab aquæ calidæ putore; quidã a multitudine puteorum earundem aquarũ gratia factorũ.* Varro quoque l. 4. de L. L. inquit, *A puteis oppidum Puteoli: quod ſint circa eum locũ aquæ frigidæ, & calidæ multæ: niſi a putore potius, quod putidus ſit odoribus sæpe ex ſulphure, & alumine.* Strabo l. 5. cum locum hunc antea Dicharchiam dictum narraſſet, ſubdit: Mutatoque nomine Puteolus dixere a puteis. Alii a putore aquarum. Græce & μετανόμασαν Ποτιόλως από τῶν φρεάτων. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς δυσωδίας. Cluverius tamen l. 4. Italiæ antiquæ pag. 1137. affirmat a Græcis etiam ſub Romanis Imperatoribus sæpe uſurpari nomen Πυτιόλοι, ſive Πυτέλοισι, & ita Dio. lib.

59. Sed Stephanus Byzantinus cum Strabone scribit, Ποτιόλι χτισμα Σαμίων: *Puteoli opus Samiorum*. Potest itaque prima produci non solum necessitate, ob concursum trium brevium, sed etiam sequendo diphthongum *u*, & etymologiam a *putore*, cujus prior longa est. Potest etiam corripri, sequendo eos qui scribunt per *omicron*, & etymologiam a *puteis*; cui favet Italicum nomen *Pozzuolo*: Italice enim *puteus* dicitur *pozzo*; at *putor*, oris dicitur *puzza*.
PUTUS, ta, tum. Primam longam videtur habere, tum quia, teste Alpheno Jurisconsulto, argentum, aurumve *putum* dictum est, quasi valde *purum*: tum ob versum Juven. Sat. 10.

Pauca licet portes argenti vascula puti.

At obstat Aulus Gellius l. 6. c. 5. affirmans dictum a *putando*, quem Quintianus Stoa Epogr. 3. sequutus ait in Juven. legi oportere non *puti*, sed *puri*. Utramque etymologiam miscuit Festus, dicens: *Putus antiqui dicebant pro puro; unde putate vites, quod decisus impedimentis remanerent pure; aurum quoque putatum dici solet, idest expurgatum*. Ergo si *putus*, crasi facta, formatur a *putatus*, vi craseos primam longam habet, etiam si in *puto*, *putas* sit brevis.

QUINTILIANUS pro quadrissyll. a quibusdam sumitur.

RESINA. Cum græce sit *ρήτινη*, & primam, immo & secundam producant reliqui, & ipse quoque Martialis, sicut & in adjectivo *resinatus*; mirum visum est multis, qua ratione idem l. 3. ep. 25. aliis 52. vel 67. utramque corripuerit in Phaleucio carmine dicens.

*Cessatis pueris, nihilque molestis
 Veterno resinaque pigriores,
 Quorum per vada tarda navigantes,
 Lentos figitis ad celeuma remos.*

Scriptores in duas classes abiere. Quidam sicut in *remeto* utramque variam, sic in *resina* agnoscunt: ut Quintianus Stoa Epogr. 6. c. 2. & Jo. Baptista Pius l. 1. ann. licet putet legi quoque posse *remora*, pro *resima*. Alii vero, quia primam in veterno longam tantummodo censent, utrumque nomen mendose positum censent. Turnebus, & Lipsius legunt, *Vejentone asinaque*, quibus suffragari videtur Raderus ad epigr. 52. fuit quippe *Veiento* tam otiosus, & piger, ut ne labra quidem aperire conaretur resalutandi gratia; & de illo est illud Juven. Sat. 3.

Ut

Ut te respiciat clauso Vejento labello.

Et Sat. 6. *segnius idem*

Accepta rude cœpisset Vejento.

At Gerardus Voff. l. 2. de Art. Gram. c. 38. cum Jano Grutero in Palatinis codicibus, & manuscriptis legit *Vaterno Rasinaque*; quia clare Martialis ait remiges illos fuisse pigriores duobus illis fluentis: *Quorum per vada figebant remos*. Cluver. autem l. 1. Ital. antiq. c. 35. & cum eo Thomas Farnab. ad l. 3. Mart. epigr. 67. putat legendum, *Vaterno Eridanoque pigriores*, cum manifestum sit Martialem loqui de fluminibus stagnantibus, *quorum per vada tarda*, &c. non licebat remigare undas impellendo, sed solum figendo remos in fundo, & sic impellendo navem. Vaternus autem, seu, ut modica differentia nominatur a Plin. l. 3. c. 16. Vaternus, & in tabula itineraria antiqua *Saternus*, is est, quem hodie Santernum vocamus, prope Imolam, seu Forum Cornelii fluens, & tunc ad Padusam in Hadriaticum lente fluebat, sicut & ramus quidam Eridani, nisi forte alter amnis erat circa illum tractum, qui diceretur *Rasina*, aut *Ratina*. Reliquas lectiones minus probabiles vide apud Cluverium. Solum addo cum illo, Martialem scripsisse lib. 3. in Gallia togata, versatumque fuisse Imolæ, & Ravennæ, ut liquet ex tertii libri epigr. statim l. 4. & 56. quare hinc firmatur lectio de *Santerno*, idest de *Vaterno*, & de alio amne in Padusæ valle stagnante. Ego contra tot Auctores non ausim retinere hoc loco *resnam*, græca præsertim origine spectata, quæ primam longam requirit; uti & P. Cavallius in *Janua Musarum*.

RHÆTI. Strabo l. 4. & 7. habet *ῥῆτοί*, vel *ῥατοί*, & Ptolem. l. 2. & 8. in tab. 5. *ῥατία*: igitur scribendum *Rheti*, & *Rhetia*, prima producta: quod servavit Horat. l. 4. od. 4.

Videte Rheti bella sub alpibus.

Et ibid. od. 14.

commisit immanesque Rhetos.

Et Ovid. apud Smetium.

Rhetica nunc præbent Thraciæque arma metum.

Et Claudianus de Bello Getico.

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia sylva.

Ergo versum illum ejusdem Claud. apud Smetium,

Quæ sevis objecta Rhetis, & Saxona frenat,

corrigendum puto, ac reponendum *Getis*.

RUGIO. Primam corripuit Vaninus versu alias 17255. sed produxit eandem Joan. Ravisius Textor versu alias 16226. pariterque in rugitu bis produxit

Mantuanus, versu item apud nos 19185. & 39186. Neutri sunt Poetae primæ classis. Ex antiquis Auctor Philomele nos dubios reliquit versu alias 8233. cum facta synæresi *rugiant* fieri possit spondeus: si analogiam spectes, *mugitus*, & *vagitus* primam longam habent, & etymon favet, si *rugitus* est a *rugis*, quas contrahit Leo in faucibus, & gutture, dum rugit. Hæc tamen remota valde sunt, nec ulla necessitas cogit nos ad illam synæresim. Ego licet propendeam in Mantuanum, & Textorem: corripientibus tamen non aſſim *nigrum infigere theta*.

SALOMON. In veteri testamento habetur *σαλωμών*, ut 2. Reg. c. 5. & alibi passim prima sola Hebræis brevi. At in novo testamento habetur in recto casu *σαλωμών*, ita Matth. 1. & 6. Lucæ 12. & Actorum 7. sed in genit. *σαλωμώνος* Matth. 12. Luc. 11. Actor. 3. & 5. at *σαλωμώντος* Joannis 10. Quapropter secunda communis est. Exempla vide in primo Indice in *Salomon*, & *Salomoniacus*.

SANDALIUM, Vossius l. 2. Gram. c. 38. & P. Ludovic. Cavallius in Janua Musarum putant secundam semper brevem; & in illo carmine sive Virg. sive Pedonis Albinovani.

Argentata tuos etiam sandalia talos

legunt cum Scaligero *talavia talos* inconcinna utique cacophoniam. Addit Cavallius ex Terent. Eunuch. Act. 5. scen. 7. versum ut putat trochaicum tetrametrum satalecticum, in quo putat *Sandali* esse dactylum.

Utinam tibi comitigari videam sandalio caput. Sed potest ille versus esse Comicus Jambicus, qui, ut docui de Regulis horum versuum, admittit Anapaestum, Creticum, & Dactylum, dempto ultimo pede, qui est Jambus; possumus ergo sic metiri, ut 1. & 2. loco sit Anapaestus, tertio Creticus, quarto Dactylus, quinto Spondeus, sexto Creticus, septimo Jambicus; vel synæresi facta Sandalium sit trisyllabum. Et contra opponi potest Jambicum illud Sexti Turpili, in quo secunda videtur producta,

Sandalio innixa digitis primoribus.

Est enim pes primus, & secundus spondeus, *Sandalio in*, tertius dactylus *nixa di*, quartus jambus *gitis*, quintus spondeus *primo*, & sextus jambus *ribus*. Accedit analogia reliquorum in *ale*, vel *alia*, quorum *A*, ante *L*, est longum, ut in substantivis *cubitalia*, *cervicalia*, *digitalia*, *femoralia*, *funalia*, *focalia*. Quibus spectatis, non usquequaque improbable puto secundam in *Sandalio* produci posse. Sed Actorum 12. habemus

συνδάλια, pro caligis S. Petri; quare, cum sit nomen Græcum, & α, ante λ, in antepenultimis syllabis corripitur, puto corripri etiam posse.

SENONES. Poetæ Latini corripiunt omnes eas syllabas: ita Lucanus, Juvenalis, Silius. At Græci varie scribunt; Polybius σήνωνες; Strabo lib. 4. & 5. σένωνες; Quos vero Stephanus Byzantinus vocat σέννες, eos ait esse oriundos ex Galatia. *Sena* vero, idest Senogallia, priorem longam habet, & Græce est σήνα.

SERA. Substantivum primam brevem habet apud Ovidium sæpissime, apud Juvenalem, Martialem, & alios. Unus Silius l. 13. produxit illis versibus.

*Infandum, excludunt socios, tum cardine verso
Obnixi torquent obices munimina seræ.*

Acrius hoc instant Itali, clausosque fatigant,

Et ni cæca sinu terras nox conderet atro,

Perfractæ rabido patuissent milite portæ.

Frustra igitur P. Cavallius in Janua Musarum cum P. Labbeo, pro *munimina seræ*, substituit *munimina sera*, hoc est tarda; non enim tarda fuere, sed ea nocte profuere Capuanis, nec potuere perfringi a milite, quantumvis rabido. Porro *munimina seræ* retinent omnes codices, & ita legunt Smetius, atque Quintianus Stoa Epographe 6. c. 2. Igitur priorem libentius corripuerim, sed producentem non stomachabor.

SIGNUM. Quintianus Stoa Epographe 6. cap. 2. censet priorem esse communem, tum quia in diminutivo *sigillum* primam corripit, tum ob auctoritatem Lucret. l. 5.

Nil tamen esse signi mistas potuisse creari.

Sed in Lucretio nullum antecedens, aut subsequens est verbum, quod requirat illud infinitum esse. sic enim canit.

Nam quod multa fuere in terris semina rerum,

Tempore quo primum tellus animalia fudit:

Nil tamen est signi mistas potuisse creari

Inter se pecudes, compactaque membra animantium

Propterea, quia quæ de terra nunc quoque abundant

Herbarum genera, ac fruges, arbustaque læta,

Non tamen inter se possunt complexa creari.

Nil igitur suffragatur Lucretius, & cum *signum* non sit Græcolatinum vocabulum, nec in mere Latinis soleat liquefcere N, post G, non ausim primam hic corripere.

SIQUIDEM. Non est controversum, quin conjunctim scribendum sit, & corripienda prima, quando significat *etenim*, vel *quoniam*; sed quidam contendunt se jungi debere, quando *dubitandi* aut *limitandi* sensû habet.

habet, & perinde significat, ac *si tamen*, vel *dummodo*. Cæterum in hoc quoque sensu conjunctim scribendum, esseque compositum, ac proinde corripipi primam, affirmat Manutius in sua orthographia, & affert Ovidianum illum versum.

Que mihi vêtura est, siquidem est ventura senectus.
Ubi Poeta non affirmative, sed dubitative de suæ ætatis prorogatione loquitur. Posset & addi versus Terentii in Eunucho.

Siquidem me amaret, tum istuc prodisset Gnathe.
Sed ibi *Siquidem* tam potest esse Anapæstus, quam Creticus, salvis Jambici Comici legibus. Pro priori autem sensu, qui magis obuius est, & pro brevitate primæ syllabæ, vi compositionis, vide vers. 1076. & alios in Prof. veteri.

STIPENDIUM. Primam correptam usurparunt Sidonius, Sulpicius, & Lupercus, versibus alias 14995. 15366. 22860. nec inscite, cum teste Festo, & Ulpiano, *stipendium* dictum sit a *stipe*, cujus prior brevis. At quia Catullus versu apud nos 1455. primam produxit, Gerardus Vossius l. 2. Gram. c. 17. existimat id factum ob crasim ex *stipipendio* factam, & inde contractum *stipendium*.

SUFFRAGOR, & SUFFRAGIUM. Secundam in utroque vocabulo corripuere S. Paulinus in Epistola ad Cyterium, & in Panegyrico, uti & Prudentius in Trochaico, quorum alias versus sunt 14605. 14606. & 23926. sed malim producere, quia producere in *suffragor* Virgilius, & Manilius versibus alias 8990. & 22922. in *suffragia* autem Horat. l. 1. Epist. 19. l. 2. Ep. 2. Juven. Sat. 8. Silius l. 8. Statius, Serenus, & Honterus, quorum versus in nostra collectione sunt 724. 1018. 2752. est autem *suffragor* non a *frango*, sed a verbo obsoleto *fragor*, *fragaris*, ait Antonius Nebriffensis, quod erat auxiliari, ex Festo, & Vocabulario Juris.

SYCOMORUS. Prima longa est, quia a Græco *σῦκη*, & *σῦλον*, nempe a ficu; secunda vero brevis, quia scribitur per omicron: de tertia, seu penultima lis est. P. Ludov. Cavallius in Janua Musarum cum P. Labbeo censet ita ancipitem esse, ut melius saltem in sacris producat, eo quod Luca 19. scribatur *συκομορῶνα*, & juxta S. Gregor. 27. Moral. c. 27. *Sycomorus* dicta sit, quod sit *ficus fatua*, fatuus autem Græce dicatur *μῶρος* per omega; denique quia esto concedatur dicta fuisse ex *ficu*; & *moro*, juxta illud Georgii Æmilii in festo dedicat. templi Sycomorum sic describentis, dum de Zachæo loquitur.

*Præcurrens igitur ramos conscendit in altos
Arboris, a ficu, & moro cognomen habentis.*

Morus autem arbor apud Latinos primam producit, ut in Indice primo ostendimus, sicut, & *morum* fructus. Ego vero existimo non minus recte corripere posse, quam produci; & produci quidem, tum ob causas prædictas, tum quia, ut adnotavit Jo. Bodæus Stapel in lib. 4. Theophrasti pag. 401. nomen *mori* a Græco *μύρον* quod nigrum significat, facta contractione, aut crasi deductum videtur: esto ibidem assentiatur a Romanis potius ad Græcos manasse. Corripere autem posse nihilominus censeo, non tam quod *Morus* arbor dicta sit a *mora*, eo quod tardissime arborum germinet, ut quædam *Ficus*, ideoque indicium tutissimum sit æstatis, juxta Christi Domini dictum Matth. 24. & Plinium l. 16. c. 25. & lib. 18. cap. 27. sed quia *morus* arbor, quondam *συκαμινέα*, postea a Græcis *μωρέα* dicta est, & fructus *morum*, *μύρον* per Omicron; sive fructus esset ruborum, sive arboris ficui similis. Ita scribunt Theophrastus l. 4. Dioscorides li. 1. c. 181. Galenus l. de aliment. facultat. c. 2. l. 3. de locis c. 18. & lib. 5. c. 9. Paulus Ægineta l. 7. 18. & Pollux lib. 6. c. 9. hinc etiam syrupus, qui conficitur ex moro fructu, vocatur a Galeno, & Ægineta supra *διὰ μύρον*. Sed & Poetæ Græci sic scribunt, & corripiunt, Æschylus, & Sophocles in Jambicis versibus, quos recitat Bodæus, Æschylus quidem.

*λάκοις τε γὰρ μύροιςι, & μελαγκύμοις
Candidus enim moris, & succi nigri.*

Sophocles autem.

ἔπειτα φοινίξαντα σπόγγιλον μύρον.

Deinde puniceum, ac teres morum.

Sed & *Sycomorus* a Græcis vocatur *συκόμορος*, per omicron: ita scribunt Dioscorides l. 1. c. 182. Strabo l. 17. Galenus l. 12. de alim. facult. Athenæus l. 2. Quam etiam *συκάμινον αἰγυπτίαν*, *Morum Ægyptiam* multi dixerunt, & Celsus inverso nomine l. 3. c. 18. *Morosycum*, de qua plura Budæus ad l. 4. Theophrasti pag. 289. & 400. & Rhodiginus l. 18. c. 9. Suidas tamen habet *συκομόρρος*, sed Æmilius Portus ejus scholiastes, ac expurgator putat legendum *συκόμορος*.

SYRACUSÆ, & SYRACUSIUS. Licet secunda varietur, plerique tamen, ac melius producant. Sed quomodo tertiam corripuerint Virgilius, Ovidius, Silius, Aufon. ambigitur. sic enim Hexametris versibus alias 3277. 8128. 14403. 22959. 22960.

Virgil. Ecl. 6.

Prima

Prima Syracusio dignata est ludere versu.

Ovid. in Ibin.

Utque Syracusio perstricta fauce poeta.

Ovid. 4. Pont.

Ille Syracusia modo formidatus in urbe.

Auson. Idyll.

Clara Syracusii traxit certamina belli.

Nam Syracusæ, Græcè *συρακῆσαι*, tertia duplici de causa longa, nempe ob diphthongum *σ*, & ob accentum circumflexum, qui per se index est productionis. Quidam putant, in prædictis versibus ope synæresis factum quadrifyllabum. Sed in Aufonii pluribus exemplaribus habetur *Syracosii*, & in Epitaphio Epicharmi apud Laertium habetur versus, qui apud nos erat 17843.

Serta Syracosium Sophiæ retulisse Epicharmum.

Ubi Græcè est genitivus pluralis *συρακοσίων*, & apud Stephanum Byzantinum, stagnum, unde Syracusis nomen inditum est, dicitur non solum *συρακῶν*, sed etiam *συρακοσῶν* per *omicron*, & ut testatur Cluverius l. 1. Siciliæ Antiquæ c. 12. in nummis antiquis constanter Syracusani dialecto propria nominantur, scribunturque *συρακοσίοι*, & Pindarus Od. l. 2. Pythiorum appellavit *μεγαλοπόδες συρακοσῶν*, idest *Grandiurbes Syracusæ*. Quare etiam si Latine scribatur per *U*, potest tamen substitui pro *omicron* Græco, & utrobique corripri; esto produci etiam queat, quia Strabo l. 6. Ptolemæus, Plutarchus, Diodorus Siculus, Suidas, & alii multi scribunt per *omega* *συρακῶσιος*, idest Syracusanus, & per *σ*, Syracusæ; Quintianus autem Stoa Epographe 6. c. 2. subscribit scribentibus *Syracosios*.

TABLINUM. Primam communem habet, vi mutæ, & liquidæ, cum *τα*, sit natura sua brevis, quippe a *tabulis* dictum: fuit enim *tablinum* idem ac *tabularium*, seu locus in quo asservabantur tabulæ rationum publicarum, & monumenta rerum gestarum, ut docent Festus, Plin. 35. c. 2. & Apulejus l. ultimo Floridorum.

TELONIUM. Quando significat portorium, seu vestigal, vel officium Publicanorum illud exigentium, scribitur *τελώνιον*. & hoc modo habetur Matthæi 9. Marci 2. Luc. 5. habetque solam secundam longam; sed cum significat locum ipsum, in quo sedet *τελώνης* seu *τελώνος*, idest publicanus, scribitur *τελωνίον* penultima cum diphthongo circumflexa, & longa: ita distinguit Suidas in Vocabulario. Quare recte penultimam

timam in *Teloneo* produxit Scaliger, versu apud nos olim 16462.

TEMETUM, & TEMULENTUS. Satis de utroque dictum supra hoc ipso in Indice occasione vocabuli **ABSTEMIUS**.

TETHYS, & THETIS. Licet utraque sumatur a Poetis pro mari, vel mole aquæ marinæ, re ipsa tamen non sunt idem: nam **TETHYS**, secundo *Tau* aspirato, & cum *Ypsilon* Græce τήθυς, primam producit, & nunc significat uxorem Oceani, & Cæli, Terræque filiam: ita illam usurpant Hesiodus in *Theogonia*, & alii, quorum carmina recitat Natalis Comes l. 8. *Mythologia* c. 2. Omnes illi scribunt τήθυς, & primam longam faciunt, quod constanter fecere Latini quoque tum in recto *Tethys*, versibus Indice primo indicatis, tum in genitivo *Tethyos*, tum in dativo, vel contracte *Tethy*, tum in accusativo *Tethyn*, vel *Tethya*, tum in vocativo *Tethy*, & in ablativo *Thyæ*.

Quando autem significat uxorem Pelei, quæ fuit filia vel *Chironis*, ut vult *Epicharmus* in nuptiis *Hebes*; vel *Nerei*, ut vult *Homerus* in hymno *Apollinis*, *Anaxandrides Rhodius*, & *Euripides* in *Iphigenia Aulidis*, tunc scribitur *Thetis*, priore *Tau* aspirato, prima per *ε*, & ultima per *Jota*, habetque primam brevem: ita usurpant illam dicti Poetæ apud eundem *Natalem Comitem*. Idemque præstitum a Latinis Poetis, tum in recto casu, versibus Indice primo indicatis, tum in genitivo *Thetidos*, tum in dativo *Thetidi*, tum in accusativo *Thetin*, tum in vocativo *Theti*. Cavendumque a mendoso *Senecæ Jambico* in *Troade*.

Placidumque numen æquoris tumidi Tethys.

Scribendumque *Thetis*, nam & hæc *Æquoris* numen fuit *Ethnicis*, & placidius quam *Tethys*.

THYMIAMA, THYMIAMATIS, secunda brevis, tertia longa est. De prima dubitari potest, quia *Baptista Mantuanus* in hymno *S. Alberti* illam corripuit in *Sapphico* carmine.

Cælo & accensum thymiama nubem

Fundit odorem.

Sic & *Gilbertus Fillolius* 2. *Regum*.

Atque adolere adytis thymiama calentibus igne.

Sed hos licenter nimis corripuisse primam affirmat cum *P. Labbeo P. Ludovicus Cavallius* in *Janua Mufarum*, & adducunt exemplum *Sophoclis* in *Oedipo Tyr.* primam manifeste producentis *Jambico* illo.

Πολὸς δ' ὄμῃ μὲν θυμιαμάτων γέμει

Plenus simulque est thymiamatum Polus.

Quibus & ego subscribo, tum ob auctoritatem *Sophoclis*,

elis, tum ob Etymologiam. Neque enim *Thymia-
μα*, est a thymo herbula odorifera, quod forte de-
cepit Mantuanum, & Fillolium; sed aut a *Thyma* vi-
ctima, aut a *Thymida*, *Thymidō*, quod est suffire, & in-
cendere odores: utrumque autem primam Græce lon-
gam habet, & aliquando Thymiamatis nomine signi-
ficatur victima, ut Exodi 33. *Non immolabitis super
fermentum sanguinem thymiamatis mei, neque dor-
miet adeps, &c.* ut habent 70. Interpretes, eorum-
que versio Græcolatina iussu Sixti V. recognita, ubi
Nobilius in notis alibi legit *Thymiasματος*, alibi
Thymiasματος, alibi *Thymatos*, sed hæc omnia ex e-
adem radice manant: idemque adnotat ad Exodi c. 29.
ubi dicitur: *Et offeres totum arietem super altare, ho-
locaustoma Domino in odorem suavitatis. Thymiamata
Domino est. Et sumes arietem, &c.* Ubi illud *Thymiasμα
xopip*, vulgata vertit *victima Domini*. Aliquando autem
significatur compositio ex aromatibus odoriferis
apta ad suffimentum perodoriferum, & Exodi 25. apud
70. vocatur *σωθεως Thymiasματος*, ubi Latina versio
habet *compositio incensæ*. Ejus vero compositio iussu
Domini faciendâ describitur Exodi 30. nulla thymi
mentionem facta, ait enim Dominus: *Sume tibi aroma-
ta, stactem, & onychen, galbanum boni odoris, & thus
lucidissimum: equalis ponderis erunt omnia, facies-
que thymiamata compositum opere unguentarii, mix-
tum diligenter, & purum, & sanctificatione di-
gnissimum, &c.* quam compositionem egregie eluci-
dat ibi noster Cornelius a Lapide; ubi pariter Græ-
colatina versio 70. *Thymiasμα*, bis habet *incensum*,
quia *Thymida*, est *incendo odores, adoleo, &c.*

TIGILLUM, differt a tegillo capitis indumento, est e-
nim a *tigno*, non a *tego*, ut recte Vossius lib. 2.
c. 17. et si vera prima brevis est, in tigno tamen non
est communis, quia N, post G, in mere Latinis
non liquefit.

TIGRES. Ovid. 15. *Metam.* ultimam produxit eo versu.

Armeniaque tigres, iracundique leones.

Sed corripuit in Epistola Ariadnæ, non Penelopes,
ut posui versu 6601.

Quis scit an hæc sevas insula tigres habet?

At Græce accusativus pluralis est *τιγιδας*, & *τι-
γιδας*, & contracte *τιγεις* ultima longa. P. Caval-
lius in Janua Musarum, & ante illum Vossius l. 2.
c. 51. ait ultimam ab Ovidio licenter correptam,
& ab aliquibus duriuscule reponi.

Quis scit an hæc sevas Trigridas insula habet?

Sed forte Ovidius Jonicæ dialecti privilegio diphthou-
gum

gum
Xēp
Im
pon
gar
TIL
mel
mon
F
Ideo
que
Cæ
tale
ita
Cav
TOLL
τόλ
RIPU
ver
ver
C
qui
ca
C
Pri
cap
cun
ficu
bre
& c
rio
zon
J
TRA
& t
bre
de
pra
TRE
Dic
ga
qua
TRI
tin
ma
ref
ind

gum ei, abjecto jota, mutavit in ε breve, ut fit in χεῖραγρα pro χείραγρα, & in λέανδρος pro λείανδρος. Immo Attici quoque, & Dores, & Æoles pro eis ponebant εs aliquando, ut asserit Franciscus Vergara lib. 5. Gram. Græcæ c. 3.

TILIA. Prima brevis est ter apud Virgilium, & semel apud Ovidium 8. Metamorph. at a Sereno Sammonico producta videtur illo versu.

Fraxinea in flammis quæ fundit tilia succum. Ideoque Quintianus Stoa communem putat, eamque lectionem retinet Smetius. Sed in editione Cæsarii, & Petri Pythoei habetur, *Quem fundit talea succum*; neque enim tilia fraxinea est: & ita legendum putant Voss. lib. 2. Gram. c. 39. & Cavallius in Janua Musarum.

TOLETUM. Priorem longam habet, cum Græce sit τώλητον: & tamen Gratius Poeta boni sæculi corripuit, vide in priore tomo versu 8443. & 15992.

TORCULAR. Secunda correpta est apud Honterum versu mihi 15487. sicut *torculum*, apud Fillolium versu alias 16763. Quare versum illum Fortunati,

Calcaturus erat qui torcularia solus.

quidam sic tuentur, ut dicant id necessitate metrica factum: Quidam legunt,

Calcaturus erat qui solus torcular altum.

Priscianus, & Beda apud Vossium lib. 2. Grammat. cap. 23. producendam censent secundam, ut in *lacunar*: at ipse Vossius dicit corripendam, quia sicut a *specio* est *speculum*, & *specular* secunda brevi; ita a *torqueo*, *torcular*, & *torculum*: quod & opinatur Janus Laurembergius in suo antiquario verbo *torculum*. Confirmat id Vossius ex Scaponte Julii Cæs. Scaligeri in Ata.

Scapos, labella, torcula, acclidem, scalmos.

TRACHEA, seu **TRACHIA**, Jonice τρήχεια, primam, & secundam producit, sed Æolice verso η in α breve, corripitur potest prima, ut fecit Dedekindus, de quo vide versum 2907. & confer cum dictis supra de prima syllab. in **MATER**.

TREVIRI. Ptolemeo τρηβίροι, Straboni τρηνηροι, Dionis l. 40. sic & τρηήροι. Melius ergo prima longa cum Lucano, & Aufonio versu alias 9498. 15403. quam brevis cum Fortunato versu 15319.

TRITURO, **TRITURAS**. Scripsit ad me quidam Latina lingua professor super hoc verbo, suspicatus formatum esse a *tri*, & *tero*; quasi bis terque *tero*: cui respondi formari a *triturus*, unde & *tritura*, ac proinde secundam producendam, sicut in *triturus Columella*.

cella, & in tritura Virgilius 1. Georg.

*Tum tritura solum splendentia sarcula sumat.
Magnaque cum magno veniet tritura calore.*

Quod postea inveni assertum a Vossio lib. 2. Gram. c. 17. ubi carpit errorem vulgi, immo & vetusti interpretis in cap. 28. & 41. Esaiæ, corripientis secundam in trituro, *trituras*.

TROIA. Substantivum passim usurpatur a Virgilio ut dissyllabum priore longa, raro autem ut trisyllabum, & tunc eam facit dactylum, ut versu apud nos 4518.

Troja crinito conceptum flumine mater.

Sed ibi est potius adjectivum matris. Substantive tamen, & pro trisyllabo non solum usurpat Seneca in Troade, sed etiam bis corripit Sapphicis illis versibus.

Misit infestos Trojæ ruinis,

Dum luem tantam Troje atque Achivis.

